difformis. prim⁹ ordo non est li. ar. nec
aliqd eius. nec absolute aliqs ordo ad
actum est aliquid principiũ actiuũ vel
pars eius. 2o mõ dico ꝙ illud quo põt
peccare includit duo quoꝝ alteruȝ est
posse aliud deficere. ⁊ illud quo põt in
illud est eius posse: qꝺ posse est per se li
bertatis arbitrij ⁊ potentia. reliquũ ve
ro nõ est eius vnde liberũ arbitriũ sed
vnde tale. s. defectiuuȝ. ita ꝙ sicut in cõ
muni li. ar. est quo quis põt velle. ⁊ ho
accipiẽdo ita in cõmuni sicut Ansel. ac
cipit. s. vt ꝯuenit deo ⁊ beatis. ita li. ar.
hoc. s. viatoris ẽ quo quis põt velle de
fectibilit. tñ quantũ ad aliquid põt po
ni dissile. qꝛ ad absolute velle tota enti
tas positiua li. ar. ⁊ sola est principium
ad illã auteȝ difformitatẽ in actu nihil
positiuũ in li. ar. est principiũ. ⁊ tũc ad
formã dico ꝙ dato ꝙ ibi sit libertas ar
bitrij nõ sequit nisi ꝙ est poteutia qua
põt in actum positiuũ qui actus ẽ a po
tentia positiua vnde positiuus. ⁊ p ꝯse
sequens vnde ad ipsum est li. ar. nõ est
peccatũ. tñ ex defectu cõcomitante illũ
actum põt esse peccatũ. potest tñ ꝯcedi
totum argumentũ. s. ꝙ ipsi habẽt potẽ
tiam non peccãdi. qꝛ habent potentiã
que nõ est formalit peccatũ. licȝ nõ ha
beant potentiã non peccãdi. hoc ẽ non
esse in peccato. quõ peccator dicit eẽ in
peccato postꝙ trãsiuit actus quẽ cõmi
sit ⁊ puatus gr̃a remanet reat⁹ vsqꝫ. s.
ad penitentiam de peccato ꝯmisso hoc
modo nõ possunt ex se nõ peccare. i. nõ
esse in peccato. nec oportet li. ar. esse po
tentiã ad nõ peccandũ. hoc est ad nõ eẽ
in peccato. ¶ Et si arguas ſm Ansel. li.
ar. est potestas seruãdi rectitudinẽ ꝓpt
se. g̊ ex ipsa hñs eaȝ põt seruare rectitu
dinem. ⁊ ita nõ est in peccato. ¶ Rndeo
ꝙ seruare eam cũ inest põt quis p li. ar.
nõ alit. ⁊ hoc mõ exponit Ansel. ¶ Ad
aliud dico ꝙ in agẽtibus mere natura
libus cessantibus impedimẽtis redit ad
dispositionẽ nãlem nõ ꝓhibente actio
ne violenta. ⁊ rõ est. qꝛ pnm intrinsecũ
est necessariuȝ respectu bonitatis nãlis
quantũ est ex se. ⁊ iõ semp cãt eam nisi
vincat p dñans. hoc mõ volũtas nõ est
cã respectu sue bonitatis in actu suo. sed
tñ hȝ inclinationẽ quandã nãlẽ q̃si pas
siuam ad bonitatẽ in actu quã lȝ possȝ
dare actui. nõ tñ inclinat ad dandũ eã
necessitate nãli sic graue ad descenden-
dum deorsum. ¶ Alit põt dici ꝙ pecca-
tum est ꝯ nãm. hoc ẽ ꝯ illũ actũ qui na
tus ẽ elici ꝯcordit ⁊ ꝯformit inclinatõi
nãli. sed ex ho nõ oportet qꝺ ꝯriat effe-
ctui vel accñti ꝯriari cause vel sdo ma
xime qñ talis cã nõ est cã nãlis effectus
sed libera. ¶ Ad aliud de sili dico ꝙ lȝ
ꝯcluderet illud ꝯ illos qui dicũt intelle
ctum esse motiuũ sufficiens voluntati.
quia oportet eos dicere intellectum pri
mi angeli nullum principiũ practicũ re
cte concipere. quia si recte cõciperet mo
uet voluntatẽ conformiter sibi. ⁊ ita re
cte. tamen credo hoc esse falsum. quia
sicut pncipia speculabilia sunt vera ex
terminis. ita ⁊ principia operabilia. ⁊
per ꝯsequens intellectus qui potest cõ-
cipere quidditates terminoꝝ pmi prin
cipij practici ⁊ illos componere habet
sufficiens motiuũ ⁊ per modũ nature
mouens ad assentiendũ illi pncipio. er
go per voluntatẽ cuius actus est poste-
rior non potest impediri vel saltẽ non
ferretur in cõtrariũ. ¶ Quomodo autẽ
hoc sit verũ quod dicit 3o ethi. ꝙ om-
nis malus est ignorãs: habet alias tra-
ctari. potest tamẽ dici ad argumentũ ꝙ
simile nihil valet. quia intellectus põt

rogi ad assentiẽdum. ita ꝙ ñ potest esse ita cecus qui apprehẽdens aliquos terminos ex euidẽtia eoꝝ potest cõcipere eorũ veritatẽ cõplexionis composite ex eis. voluntas autẽ nõ cogitur ex bonitate obiecti. ideo potest esse ita auersa: ꝙ quantũcunqꝫ bonum sibi ostẽsum nõ mouet ipsaꝫ ad amãdum ipsuꝫ saltem ordinate ❡ Ad aliud dico ꝙ habitu existente perfecto vel in sũmo quãtum potest perfici in tali subiecto vel ſm terminuꝫ sibi prefixũ a sapiẽtia diuina omnes actus sequẽtes nihil augent. sed tãtum ꝓcedunt ex habitu iam generato quẽadmodũ actus angeli boni nõ augent habitũ charitatis eius nec effectiue nec meritorie. quia ille est in termino. vel scdꝫ naturã habitus. vel scdm capacitatem subiecti. vel saltẽ ſm terminũ sibi prefixum a deo. sed omnes illi actus procedunt ex plenitudine illius habit⁹ sic perfecti. ita in proposito perfectio istius habitus est in termino ſm regulã diuine sapientie que nõ permittit eos crescere in malitia intẽsiue. ⁊ ideo actus sequentes tãtum se habent sicut effectus habitus mali. ⁊ nõ sicut cause agentes ❡ Per idẽ ad illud de pena. quia sicut premiũ sbstantiale in ꝓmo instanti in quo aliqꝰ angelus est beat⁹ est determinatũ. nec ex tunc crescit. qꝛ actus boni qui sequunt nõ sunt meritorij licet sint boni. ita etiã in angelo damnato in ꝓmo instanti sue dãnationis determinatur ad certaꝫ penã que nõ crescit intẽsiue nec tamẽ erũt mali actus eius quos elicit impuniti sicut nec boni angeli boni actus erunt irremunerati. illi quidẽ boni actus includũtur in primo actu. qꝛ procedũt ex ꝑfectione actus beatifici. sed quãtum ad accidentale premiũ qꝺ possunt habere quilibet actus est sibi premiũ. ita etiam isti mali actus quos elicit dãnatus includuntur in ꝓma pena sibi certitudinaliẗ determinata ⁊ quilibet sicut posset hĩc penã accidẽtalem ⁊ propriã hꝫ seipsum pro pena. Jussisti domĩe inquit Augu. lib⁹ cõfessionũ. ⁊ ita ẽ vt sit sibi pena oĩs peccator. potissima ei ⁊ maxima pena est priuatio maximi boni qualis est formaliter in actu malo malitia peccatorẽ auertẽte a deo. crescet ergo pena eoꝝ in infinitũ extensiue sicut ⁊ malitia. ⁊ neutrũ intensiue. Et si obijcias ꝙ 2ᵐ maluꝫ est actus demeritorius. ergo correspondet sibi propria pena. ❡ Respõdeo etsi cõcedi possit esse culpa: nõ tamẽ ꝓpe demeritoria. qꝛ nõ elicitur a viatore cꝰ solius est mereri ⁊ demereri. qui magis proprie potest dici eẽ actus dãnatorius siue dãnati. sicut ex alia parte actus beati licet sit acceptabilis deo. nõ tñ ꝓprie est meritorius. sed magis act⁹ beatificus vel act⁹ beati vel ex beatitudĩe ꝓcedens.

Circa distinctionẽ octauã. quero vtrũ angelus possit assumere corpus in quo exerceat opera vite: ꝙ nõ videtur: qꝛ si assumat. ergo habet maiorẽ vnitatẽ ad corpus assũptum ꝙ̃ ad nõ assũpᵐ qꝛ assumere est ad se sumere. sed hoc nõ videtur possibile. qꝛ non potest eẽ illius corporis forma: patet. qꝛ est forma separata naturaliẗ. nec illud potest sumi ab eo in vnitatẽ suppositi quomõ verbum assumpsit naturã nostrã. ergo erit tãtũ vnitas sicut motoris ad mobile. sed taľ vnitas potest eẽ eius ad corpus nõ sumptum. vt ad celũ qꝺ mouet. ergo ⁊c. ❡ Preterea 2⁰ si assumeret corpus aut assumeret corpus elemẽtare. qꝺ nõ apparet qꝛ nõ habet illud corpus accidentia vt colorẽ ⁊ huiusmodi qualitates que apparent. aut corpus mixtũ qꝺ non videt tũ qꝛ nõ potest habere virtutẽ actiuam ad miscendũ elementa omnia ſm cõmixtionẽ talis corporis. tũ quia a tota natura agente nõ potest generari corpus mixtum ita perfectum sicut est corpus humanũ. nec assumit corpus celeste planũ est. quia illud nõ recipit peregrinas

impressiones. ⁊ nec per cõsequens ope-
rationes vitales. ¶ Preterea 3° si potest
in corpore assumpto exercere opera vi
te. igitur est ibi aliquid viuũ. ꝯsequens
est falsuz. qꝛ corpus nõ est viuũ nisi per
formã vitalẽ informãtem. talis autẽ nõ
est ibi. ꝯsequentia probatur. qꝛ operati
ones vitales sunt cõpositi ꝑmo de aia.
⁊ de sensu ⁊ sensato. probatur etiã. quia
forma separata a materia nõ potest trãs
mutare materiã ſm cõmenta. 7. meta.
In istis actibus vite saltẽ in actibus vi
te vegetatiue transmutatur materia. ergo
⁊c. ¶ Ad oppositũ geñ. 18. de tribus an-
gelis apparentibus abrahe ⁊ thobie ꝑ
totum de raphaele. ⁊ in pluribus alijs
locis scripture.

In ista questione si
cut tangunt tria argumẽta tria sunt vi-
denda. ꝑmo quid sit angelum assumere
corpus. hoc quidẽ nõ est informare cor
pus nec etiã hypo^{ce} sibi vnire. sed tantũ
eẽ intrinsecus motor corporis. naz tunc
assumit. i. ad se sumit. qꝛ ad operatiões
proprias sibi exercẽdas vtitur illo sicut
instrumẽto. nec dicitur ista assũptio fie
ri quãdo corpus assũptũ mouetur mo
tu progressiuo. qꝛ talis motus nõ ꝯgru
it fini per quẽ assumitur tale corpus.
¶ 2° dico ꝙ nõ assumit corpus celeste nec
corpus elemẽtare in quibus appareat.
qꝛ in elemẽtari nõ visibiliter appareret.
nec corpus elemẽtare est susceptiuũ illo
rũ accidentiũ in quibus apparz corpo
ra aut mixta iaz a natura generata põt
assumere sicut est cadauer mortui vl' la
pis vel aliquid tale. ⁊ qñ assumit aliqd
corpus qd nõ videtur prius causatum
vel formatũ a causis naturalibus. sed q̃
si formari tunc. ⁊ subito cõpleta opera-
tione disparere sicut fuit de raphaele ⁊
samuele. tunc videtur probabile ꝙ illd
erit corpus mixtũ propter accidentia q̃
apparent in corpore. sed nõ mixtũ plẽa
mixtione. tũ qꝛ ex generatione tale mi-
xtũ nõ possit ita subito formari. qꝛ nõ
eẽt natũ generari nisi ſm determinatũ
processũ nature qualis nõ est ibi. puta
si appareat in corpore homis nõ prius
geniti per naturã illud corpus non eẽt
natũ vel aptum generari nisi in matrice
nec potest dici ꝙ angelus subito iducat
illaz formã in materia. qꝛ nõ potest na
turalẽ formã inducere. sed tantũ elemẽ
ta actiua ⁊ passiua potest cõuenienter si
mul adhibere ⁊ corporibus celestibus i
situ cõuenienti approximare vt induca
tur forma particularis qualis nata est a
talibus agentibus particularibus iduci
Itaqꝫ corp⁹ qd ita quasi subito format
⁊ resoluitur est mixtũ imperfecta mixti
one qualis potest induci ab agentib⁹ na
turalib⁹ quasi subito facta approximati
one elemẽtorũ. ita ꝙ magis tale corpus
assimilatur impressioni que est imperfe
cte mixta: ⁊ signũ huius est. qꝛ quando
disparet tale corpus nõ remanet aliqd
talis corporis in qd naturaliter eẽt ime
diate resolubile corpus illud assũptum
si perfecte fuisset mixtuz. corpus. n. hu-
manũ si eẽt perfecte mixtũ nõ eẽt natuz
redire nisi ad cadauer. sed tale imperfe-
cte mixtum resoluitur statiz in elemen-
ta. sicut ex eis potuit statiz generari ꝓ
eorum imperfectã mixtionẽ. ¶ De 3° di
co ꝙ motũ localẽ potest causare in cor-
pore assũpto. ⁊ ita motũ qui videtur eẽ
progressiu⁹. motũ ẽt q̃ eẽt inspiratõis ⁊
respiratõis motõz palpebrarum ⁊ manuũ
⁊ similiũ. Et ratio est qꝛ nõ est aliquod
corpus ita imperfectũ in vniuerso quin
hẽat in virtute sua actiua aliquod vbi
patet de graui respectu centri. ergo mul
to magis habet hoc angelus respectu cor
poris. ¶ Sed operationũ naturaliũ que
cõsistunt in agere ⁊ pati cuiusmodi sũt
operationes sensuales in illas nõ potest
quia ille nõ sunt nate recipi nisi in cõpo
sito ex organo saltẽ perfecte mixto. ⁊ ex
anima inquãtum habet potentiã perfe
ctiuã. quorum neutrũ est ibi. nec. s. tal' mi-

ꝑtio nec anima perficiens. ꝛ ideo simpliciter in tali corpore ꝯposito qḋ assumit nulla est sensatio. Operationes ẽt que cõsistunt in vere agendo. cuiusmodi sũt operationes vegetatiue nõ cõpetunt illi cõposito. qꝛ vel ille operationes nate sũt eẽ cõpositi animati quale nõ est ibi. vel nate sunt eẽ corporis perfecte mixti. puta si caro generaret carnẽ. neutrũ autez est ibi. ¶ Quãtum autẽ ad cognitionez quã videtur habere de particularibus factis audiendo vel vidẽdo nihil aliud est ꝙ intellectio. ꝛ illã intellectionẽ suaz potest exprimere formãdo verba ꝛ mouendo linguã localiter. ¶ Quãtum etiã ad actus vegetatiue qui apparent si loquamur de vera nutritiõe nihil ibi potest nutriri. sed si loquamur de comestione que precedit nutritionẽ illa non est nisi diuisio cibi per motuz localẽ maxillaruz. ꝛ traiectio eius in ventrẽ per motũ localez. ꝛ tunc potest fieri exalatio ꝛ resolutio in humores vel elemẽta. ꝛ isti motus locales possunt fieri circa corpꝰ virtute actiua angeli. Sicut autẽ dcm̃ est de nutritiua ita dicendum est de augmentatiua. quia ibi nulla est nutritio vel augmentatio. potest tamen eẽ vera iuxtapositio si ipse velit subito alia elementa que possunt imperfecte misceri ad talẽ imperfectaz mixtionẽ apponere corpori suo vt videatur crescere. ¶ Et si dicas si cõmestio non sit operatio vitalis. ergo nõ valet argumẽtum ad probãdũ veraz christi resurrectionẽ de comestione eius cuz discipulis suis qḋ est cõtra sanctos. ¶ Respõdeo ad probanduz resurrectionẽ eius sunt multa alia argumenta in euangelio efficatiora isto. ꝛ ita cum alijs bene probat ꝛ si nõ per se tantum vel dico ꝙ erat comestio ordinata ad verazz nutritionẽ. qḋ nõ est inconueniens ꝙ corpus gloriosum possit cõuertere corpus nõ gloriosuz in ipsuz sicut esse simul potest cũ corpore nõ glorioso. nec propter hoc est corruptibile. qꝛ potest aliud cõuertere in se. possz enim deus facere corpus gloriosum in minima quãtitate ꝛ illud augere per comestionẽ nec tamẽ aliquid corrũperetur de nutrito ꝛ aucto. in corporibus autẽ talibus assumptis nõ est nutritio: sed tantũ additio vel appositio. ¶ Sed quantũ ad generationẽ dicenduz ꝙ illa fit virtute seminis decisi a mare in feminã in qua ꝓuatur virtus patris: sicut cõmuniter dicitur si ipse potest illud semẽ ab aliquo succumbẽdo recipere ꝛ seruare illud in sua naturali qualitate cõueniente sue generationi naturali quousqꝫ illud transcendat. ipse nihil facit ibi nisi quia primo recipit in corpoꝛ illo assumpto illḋ qḋ postea mouet localiter in aliquam cui est incubus. ꝛ si illud semẽ antequã sit receptũ in matrice nõ amittat suam qualitatẽ naturalẽ potest per ipsum fieri generatio. sicut si imediate transfunderetur a primo decidente in eandẽ matricẽ. Et hoc modo attribuitur nõ quidẽ angelo bono. quia absit ꝙ talibꝫ vilibus se imisceat. sed demoni generare. quia idẽ primo succubus ꝛ postea incubus semen a decindente primo transsusum recipit. ꝛ deinde transfundit illud in matricem.

Ad argumenta. ad

primũ dico ꝙ celũ ñ dicitur assumi. qꝛ ad nullã specialẽ assumptionẽ vel formã. ꝛ maxime in qua angelus intẽdat apparere visibiliter nobis ad se assumit celũ. similiter qui mouet celũ perpetuo mouet. ꝛ ita nõ tẽporaliter assumit corpus. hec eniz assumptio appropriata est corpori qḋ ad tẽpus mouetur. ꝛ mouet propter aliquẽ effectũ apparituruz hominibus. ¶ Ad 2m dico ꝙ iã apparet per ea que dicta sunt ꝙ assumit corpus imꝑfecte mixtũ. qḋ quidẽ ipse nõ producit ad eẽ virtute propria. sed tm̃ nãliter miscibilia vnit int̃ se ꝛ respectu celi in tali ꝓportiõe i qua virtute celi ꝛ miscibiliũ

possit talis forma induci. ¶ Ad tertium patet quod nullus actus vegetatiue vel cognitiue competit proprie angelo in corpore vel etiam corpore assumpto: sed tamen actus potentie motiue: non quidem actus potentie motiue organice qualis est potentia motiua animati: quia eius actus est actus compositi sicut et actus cognitiue sensitiue et vegetatiue: sed potentie motiue superioris qua angelus potest corpus mouere de loco ad locum quod non improportionabiliter excedit ipsius virtutem motiuam.

Circa distinctionem 9am vbi magister tractat de ordinibus angelorum vbi dicitur ad superiores angelos pertinet inferiores illuminare. ¶ Quero primo vtrum angelus superior potest illuminare inferiorem. quod non: illuminare vel est lumen causare vel lumen causatum intendere: neutrum autem potest aliquis angelus. primum non quia lumen causare in alio non potest nisi per creationem. angelus autem non potest creare vt dicit dam. li. 2°. c. 17°. 2m non: quia ab eodem causatur habitus et intenditur secundum phm. 2°. ethi. ¶ Preterea secundo omnis mutatio est inter opposita: ergo omne illud quod illuminatur prius fuit tenebrosum. in angelis autem beatis non est aliqua tenebra ergo etc. ¶ Preterea 3° angelus superior est lumen superius respectu inferioris. sed in corporibus maius lumen obfuscat minus lumen vel saltem impedit effectum suum sicut patet: quia de die non videntur stelle in presentia solis: ergo a simili in proposito angelus superior impedit inferiorem ab operatione: ergo non perficit eum ipsum illuminando. Contra dam. li°. 2°. c. 17°. et 18. etc.

Iuxta hoc queritur de locutione angelorum: quia similis est precedenti: Vtrum vnus angelus possit intellectualiter loqui alteri. quod non: essentia angeli est sibi intimior quam sua intellectio et tamen non obstante illa intimitate vnus angelus videt essentiam alterius: ergo et suam intellectionem: sed frustra fit locutio de hoc quod ante locutionem fuit manifestum: ergo etc. ¶ Preterea 2° si angelus posset loqui ita posset alicui distanti sicut presenti: quia et hoc conuenit hominibus in quibus est imperfectior virtus: sed consequens est falsum propter duo primo quia tunc oporteret quod primo immutaret medium et postea angelum: quia omni actione in extremum prior est actio in medium: sed hoc est inconueniens: quia nec ab intellectuali gignitur aliquid in medio corporali: nec vlterius a medio corporali potest aliquid gigni in ipso angelo. ¶ 2° quia tunc oportet eum loqui omnibus angelis eque presentibus. et prius oporteret eum loqui angelo propinquiori quam distantiori in eadem linea recta. quorum vtrumque videtur inconueniens. videtur enim quod possit vnicuique loqui sine alio. ¶ Preterea 3° angelus non intelligit nisi per species innatas: sed illas habet quilibet angelus de quocunque sibi intelligibili: ergo quilibet angelus quodcunque intelligibile habet sibi presens eo modo quo potest esse presens: ergo superflua est locutio: probatio prime propositionis videtur: quia si possent intelligere per species acquisitas: ergo haberent intellectum agentem per quem potentia intelligibile fiet in eis actu intelligibile: sed hoc est falsum quia cum obiectum eorum sit de se actu intelligibile non oportet quod fiat de potentia intelligibili actu intelligibile. similiter non videtur in eis esse intellectus possibilis: ergo nec intellectus agens. probatur antecedens: quia intellectus eorum non est aliquando in actu: aliquando in potentia ad actum primum. ¶ 2° sicut se habent ad esse sic et ad operari: sed angeli non dependent in esse a corpore: ergo nec in operari: ergo non accipiunt aliquam speciem a corpore. ¶ Confirmatur ratio. propter hoc enim anima intelligendo dependet a corpore

qr vnit corpori. ꝛ hec est rō vnionis eiꝰ cū corpore. qr recipit perfectionē suam a corpore. ¶ Tertio qr ab extremo ad extremū nō transitur nisi per medium. eē autē imaginabile est mediuꝫ inter eē sensibile ꝛ esse actu intelligibile. ergo cū angelus nō possit habere aliquid in eē imaginabili. qr nō habet fantasma nec potest aliquid de esse sensibili ad eē intelligibile transire in angelo: quare ꝛc. ¶ Quarto qr sicut corpora celestia ad alia corpora. sic intellectus angelicus ad alios intellectus. sed illa corpora habēt perfectionē sibi cōcreatam: ꝛ nō acquirunt eam per motū. ergo a simili intellectus illi habēt perfectiones suas sibi cō creatas. ¶ Quinto qr si possunt habere species acquisitas. ergo obiectum extra ageret ad gignitionē illius speciei. ꝛ opꝫ ponere ꝙ intellectus angeli etiā coagat alioquin intellectus possibilis angeli esset vilior ꝙ intellectus noster. simul igit ista duo agent ad gignitionē speciei acq̄site alicuius obiecti intellectus. s. ꝛ obiectum. sed hoc falsum est. qr agentia diuersa genere nō possunt producere eundē effectū. talia autē sunt ista. ergo ꝛc. probatio maioris. qr aut requiruntur in quantuꝫ diuersa genere: aut nō: si sic. ġ correspōdet eis in effectu aliqua diuersitas proportionabilis. ꝛ sic effectꝰ nō eēt simplex ꝛ homogeneus. sed etherogeneus: si nō. igitur sine tali distinctione posset esse virtus ita intensa ꝙ alteruꝫ coagentiū sufficeret ad talē actionē producendaꝫ. hoc probatur. qr vbi accidit distinctio in duobus mouentibus potest virtus in vno ita intendi ꝙ potest supplere vicē vtriusqꝫ. ergo obiectuꝫ corporale posset ita intendi in actione sua ꝙ ipsuꝫ solū posset gignere illā speciē in intellectu angeli: sed hoc est falsum. tū qr agens est prestantius paciente scōm augus. 12. super geñ. nullum autē corpus ē prestantius spiritu. ergo nulluꝫ corpus agit in spiritū scōm euꝫ hoc videtur verius posse intelligi de agente virtute ꝓpria ꝙ de agente virtute alterius. ġ corpus nō agit in intellectum angelicū virtute sua. sed virtute intellectus angeli. nō ergo ista duo erunt due cause partiales quarū neutra agat virtute alterius ¶ Preterea simile cognoscitur per suū simile. singulare igitur si gigneret speciē singularē in intellectu angeli. ergo intellectus assimilatus per illā speciē cognosceret singulare per rationē propriā. qđ est absurdū. ergo ꝛc. ¶ Oppositū vult dam. vbi prius quere eum.

Circa istas qōnes

primo videndū est de locutione angeloruꝫ. ꝛ pretermissis multis opinionibus vna opinio tātum recitabitur vbi quatuor sunt videnda. primo videlicꝫ quomodo loquens cognoscat illud de quo loquitur. qđ ponitur eē singulare scōm illā opinionē. scōo quomodo illud ab vno cognitū possit aliū latere. 3° quomodo fit eis patens quādo loquendo ei exprimit illud. ꝛ quarto de illusione. ¶ Quātum ad primū dicitur ꝙ angelus cognoscit singulare nō primo nec per aliquaꝫ rationē propriaꝫ. sed per vniuersale cōcreatū sui intellectui. qđ probatur quadrupliciter. primo quia vnūquodqꝫ sicut se habet ad esse ita ad cognitionem scōo metaphy. forma autē singularis nihil addit super eē vniuersalis nisi negationē. ergo nec in cognitione. ¶ Scōo qr si cognosceret singulare sub ratione sui vniuersalis cū nō sit alia ratio sibi intrinseca qua cognoscatur. qr nec eēntia angeli nec habitus. qr habitus est ꝑmo respectu vniuersalis sequitur ꝙ ipsum singulare presentaretur ipsi intellectui angeli ad mouendum ipsum tanꝙ primū ꝛ ꝑ se obiectuꝫ eius sub ratione singularitatis. qđ est falsum. quia que sunt per se obiecta ꝛ nō primo nō mouent nisi per rationem eoruꝫ que sunt per se ꝛ primo obiecta. sicut magnitudo ꝛ figura. non

Thomas quodl. v. q. xv. et quodl. 2. q. viii

monēt visum nisi simul cuz colore. singulare autē nō est primū obiectū intellectus. quia nihil est obiectuz pri^m intellectus nisi vniuersale. ¶ Tertio sic: oēm virtutē cognitiuaz oportet in apprehendēdo eē determinatā proportionabilit illi qō debet apprehendere. ergo intellectus intelligēs singulare est determinat^o proportionabiliter determinatiōi illius singularis. ⁊ tunc vel ex natura sua est determiatus vel determinabilis ea specie quā recipit: vt per speciē illius singularis. ⁊ tunc intellectus ille essꝫ magis determinabilis ꝙ intellectus noster. imo vtroqꝫ modo sequitur determina^o vel determiabilitas intellectus angelici magis ꝙ sensus noster. qꝛ sensus noster nec ex natura sua est limitatus vel determinatus vel determinabilis ex specie quā recipit. spēs enim singularis nō recipit in sensu primo sed in organo ¶ Ultra deducitur tunc ꝙ talis determiatio ad singulare obiectū eēt quedaz limitatio ⁊ ipedimētum ad intellectionē vniuersalis sicut impedit eā in sensu. ⁊ multo magis hic ꝙ in sensu. qꝛ nō recipit spēm singularis. ¶ 4° qꝛ sicut per apprehēsionē vniuersaliū ad extra generatur in intellectu nostro habitus sciētialis. sic in intellectu angeli si primo cognosceret singularia possit eē habitus sciētie acquisitus pter sciam vlium suoꝝ. qō est cōtra Ari. 7. meta. vbi vult ꝙ non est alius habitus sciētialis vniuersalium ⁊ singularium.

Quantum ad istuz articulū modus cognoscēdi singularis ab angelo loquēte ponitur iste. intellcs angeli apprehendit formā per rationez vniuersalis a suo habitu. sed postꝙ suppositū habꝫ eē in re vel in imaginatiōe statiꝫ apprehendit formā in illo sub ratione vniuersal' primo ⁊ per se eadē apprehensione qua eā apprehendit anteꝙ fuit presentata in illo. ⁊ accidit intellectui angelico ꝙ eā apprehēdit in illo sic accidit essētie rei ꝙ sit in illo qō est inferius. primo ergo ⁊ per se cognoscit i singulari formā sub ratiōe vniuersalis .i. sub ratiōe indeterminata ⁊ cōfusa ⁊ indesignata. sed qꝛ ipsa eadem forma vt est in ipsa re determinata est ⁊ designa^a intellectus secūdario intelligit hanc designationē. ⁊ est eadē cognitio vniuersalis ⁊ singularis additio solo respectu ⁊ negatiōe qua intelligitur vt in hoc designata. nō eniz differunt ex parte rei cognite. neqꝫ ex parte actus cognoscēdi. sꝫ solūmodo in modo cognoscendi indesignate ⁊ designate quoꝝ vnuz super aliud nō apponit nisi ratiōꝫ negationis vt dictū est. ¶ Et ex hoc apparet quomō intellectus angelicus quasi ꝑm lineaz protensaz intelligit singulare. primo quidē essētia in habitu mouet nō sub ratione obiecti. sed sub ratiōe alicuius inherentis terminat autē actū cognoscēdi sꝫ ratione cogniti ⁊ nō alicuius inherētis. ⁊ ita ab obō in habitū nō est circūflexio proprie sed quasi linea protēsa a pūcto in punctū. deinde ab obō in vli cognito ꝓcedit intellect^o ad vle in supposito sub rōe vlis. ⁊ tandē ab eodē cognito i supposito sꝫ rōe vlis ad cognoscēdum idē sꝫ rōne singularis. ita ꝙ est quasi linea recta ab obiecto in habitū quasi a pmo puncto ad singulare quasi ad vltimum pūctum per duo puncta media. ¶ Et ex hoc etiā apparet 2^m quomō. s. potest angelū aliquē latē intellecto huius angeli de singulari. nā ꝑm istam positiōꝫ eadē apprehensione antiqua qua apprehēdebat prius quidditatē sibi oppositam in habitu absolute cōprehendit eā modo in quocūqꝫ fuerit siue existens siue reuelata. qꝛ in nullo potest eū latere. sed solū prius cōceptū modo cōcipit sꝫ nouo respectu ¶ Exemplū si in oībus essꝫ vn^o intellectus numero a cuiuscūqꝫ fantasmate abstraherꝫ vle postꝙ semel haberet abstractū illud. ⁊ i illo a quo abstraxit illud intellexerit si stante illo intelle

ctu in alio incipit illud intelligere non
nouo intellectu nouū vl'e perciperet. ſʒ
ſolū antiquū qȯ prius perceperat ſb' an
tiquo reſpectu modo perciperet ſub no
uo reſpectu vt in hoc fantaſmate. ſic eſt
de intellectu angelico ꝙ nō innouando
aliquid ſb' cōceptu vl'i: ſed renouādo cō
ceptū multotiēs cōcipiēdo vl'e in diuer
ſis particularib' cōcipit hoc ſingulare ⁊
illud. ⁊ qꝛ iſte videt ſingulare qȯ pri' nō
vidit ſine oī inouatione cōceptus. iō lʒ
alius videat in iſto formas vl'es que ſt
rōes cognoſcēdi particularia. per illas
tamē n̄ videt particularia que ille videt
ſiue exiſtētia ſiue reuelata. aut ſaltem ſi
exiſtentia poſſet videre per habitū ſuuʒ
⁊ per vl'ia relucētia in illo. nō tamen re-
uelata. nec etiā poſſet videre ꝙ ille videt
ſingularia illa. qꝛ videt ea ſine omi ino
uatiōe cōceptus. ¶ Breuiter igitur quātū
ad iſtū articulū ideo ponit' ſingulare in
telligi ab illo ⁊ latere aliū. qꝛ lʒ itellčio
huius ⁊ vl'e qȯ eſt ratio intelligendi hu
ic pateat illi. nō tamē pʒ eo cōceptus h'
vt eſt de illo ſingulari. qꝛ per hoc ꝙ iſte
vtitur forma vl'i ad cōcipiēdum ſingu-
lare nihil innouatur in intellectu iſtius
⁊ ſi ſingulare nō ſit exiſtens non poteſt
alius videre etiā ipſum cognitū per ha
bitū ſuum. nec per habitū alterius. ſi āt
ſit exiſtēs ⁊ poſſit illuʒ videre per habi-
tum ſuum propriū. nō tamē poteſt viō
re actus illius propter ſingl'are cognitū
vel nō cognitū. ⁊ ideo vel eſt neceſſaria
locutio propter ſingulare reuelatum n̄
exiſtēs. vel propter ipſuʒ actū cognoſcē
di latētem alium angelū. ⁊ hoc ſiue de
ſingulari reuelato ſiue naturalit' cogni-
to. ¶ De tertio dicitur ꝙ ſicut ſignata ſin
gularia a nobis cognita nos alteri loqn̄
do exprimere nō poſſumus. niſi expri-
mēdo ſingularia vaga cum quibus niſi
exprimēdo ſingularia vaga cū quibuſ-
cūqꝫ proprietatibus ⁊ accidētibus deſi-
gnatur. ſic nec pōt vn' angelus ſb' eadeʒ
ſignificatiōe ſb' qua ei reuelatū eſt alte-
ri loquēdo māifeſtare. ſed format alteri
cōceptū nouū realr' aliūm de ſingulari
vago. quē quidē cōceptū ali' intellectus
angelicus videt in intellectu ipius āgeli
q̄ſi legēs in li. q̊ imutat' intellect' angl'i vi
dētis ad percipiēdū illud. vt nō tm̄ vt ē
aliq̄d in ſe. ſed vt eſt aliq̄d latēs ſic eſt i
ſmone nr̄o. vn̄ ⁊ angl's format ſilem cō
ceptū vagū in ſuo intellectu de iº ptičla-
ri ſb' rōe vl'is. ⁊ per hoc iᶜ dr̄ audire. qꝛ i
angl'o dicē ⁊ audire nō dn̄t. ⁊ qꝛ ille 2ᵒ
cōcept' nō ordinat' niſi ad vidēdum ꝯce
ptū occultū mētis. iō nō dicit' proprie i
telligē ſed loqui. licet intelligere in ſe ſit
quoddā loqui. ¶ De 4º articulo dicitur
ꝙ poteſt quadrupl'r intelligi angl'um ſu
periorē illuminare inferiorē. vʒ lumē in
fundēdo vel luminoſū offerēdo. vl' ob-
ſtaculū āmouēdo vl' aliquid faciēdo q̄
facto cauſetur lumē in receptiuo. pmoº
ſol illuminat medium. 2º modo deferēs
candelam illuminat domū de nocte. 3º
modo aperiens feneſtrā de die. 4º mo-
do ſanās oculum qui prius infirmus n̄
erat capax lumīs. ⁊ modo eſt capax dr̄
illuminare oculum. ¶ Primo modo dr̄
ꝙ ſolus deus illuminat. ⁊ hoc ſiue cau-
ſando lumē nāle. ſiue imprimēdo lumē
ſupernāle creatū gratie vl' gl'ie. vl' increa
tū ſiue dicat rationē vidēdi ſiue obiectᵐ
viſum. ⁊ hoc vel tranſitorie ſicut in ra-
ptis vel permanēter ſicut in beatis. 2º
modo vn' angelus illuminat aliū ȯ ve
ro perfectiuo intellectus loquēdo ei mō
predicto. 3º modo etiā illuminat ſicut
probat' per augu. ſuper illud pſal'. Da
mihi intellectū. poteſt inquit angl's agē
aliquid in mētem hois vt ſit capax dei
queādmodū quiſqꝫ dicitur illuminare
domū qui feneſtrā aperit. ¶ 4º etiam
modo pōt angl'us illuminare. ⁊ probat'
per augu. ibidē. Deus inquit angelū ta
lem fecit vt operari tale aliquid poſſit.
vnde ad capiēdum lumē dei mens iuua
retur humana. Et hoc ēt probat' p rōeʒ
qꝛ oīa ſt ordinata ⁊ ad inuiceʒ cōnexa

fm phm. 12. metaphy. 7 diony. de diui. no. 7 attendit iste ordo nõ tm̃ fm eẽnti as: sed etiã fz opationes. ¶ Et ex h° arguitur: angelus iferior p nalem influentiã angeli supioris in ipm reducibilis est i statum sue vltimate pfectõis nãlis. vltima aũt pfectio eius ẽ opus vltimũ siue in opere vltimo. Vltimum autem 7 pfectissimũ opus angeli est intelligere aliquid vt opus diuinum supra cõem cursum itelligẽdi lumine intellectus nãlis: g per influentiam supioris angeli reducitur inferior de potentia ad actũ: g aliqd facit in eo vt quo ad actũ cognitõis illuminet. ¶ Cõtra ista: 7 pmo contra pmum articulũ: sicut vnũquodqz se hẽt ad esse sic ad cognitõnem. 2°. metha. sed singulare addit aliam entitatem supra entitatem vniuersalis ex di. 3°. hui' scõi q. de indiuiduatõne: g vle cognitum nõ est ratio perfecta cognoscẽdi singulare fm totam cognoscibilitatem singularis quod est contra opinantem. ¶ Preterea vbi pluralitas concludit maiorem perfectionem infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem: sic aũt est i rationibus representatiuis: quia posse representare plura concludit maiorẽ pfectõem. cõcludit eni hanc vnam rõem includẽ pfectionẽ duaꝝ ꝓpaꝝ rõnũ repñtatiuaꝝ: posse igitur repñtare infinita distincta cõcludit rõem repñtantem esse infinite perfectam: vel esse infinite perfectõis. ¶ Preterea ratio representãs vniformis in se 7 in intellectu non repsentat difformiter aliquid: imo nec idee diuine: q2 sũt ratões naturaliter represẽtantes pñt representare intellectui diuino aliquã diuersitatẽ in obiectis nisi ipsam nãlit necessario repñtẽt sicut tactuz fuit di. 38. pmi. de futuris contingẽtib' g ista ratio vna q̃ ponitur vel repñtabit simul opposita ptinentia ad exñtias rerum: 7 hoc nãliter: 7 tunc semper repñtabit opposita: 7 ita angelus intelliget opposita: 7 ita nihil: vel repñtabit alterum istoꝝ determinate: 7 ita nunq̃ reliquum: si igitur qñqz habebit certam 7 determinatam cognitõnem de vno opposito quantũ ad existentiam nunq̃ p eãdẽ rõem hẽbit noticiã determinatam 7 certam de alio opposito. ¶ Preterea 4° arguitur spãlit q nõ põt angelus p istum habitũ cognoscere singulare reuelatũ. ponit enim q singulare non cognoscat p vle relucẽs in habitu nisi q̃a ipm vle ptcipatũ est ab ipo singulari: hoc supposito arguo sic: pus naturalit singulare est in reuelatõe q̃ habitus sit ratio cognoscendi illud: g prius nãliter singulare cognoscitur distincte q̃ habitus sit rõ cognoscẽdi illud: g habit' non est rõ pme cognitõnis distincte ipi' singularis: 7 ita ꝓpositũ. ꝓbatio añcedentis ex dictis coꝝ: q2 vniuersale relucens in habitu nõ est rõ cognoscẽdi singulare: nisi p hoc q vle est in singulari. vl' existente in se vel in reuelatõne. pus ergo naturaliter singulare hẽt esse tale vl' tale: 7 ita vle iu eo abstractuz ab eo q̃ habitus sit ratio cognoscẽdi illud singulare. ꝓbatio pme consequẽtie esse in reuelatõne non est nisi esse actu cognitum i eo cui fit reuelatio. non enim est esse in intellectu reuelantis: quia hoc ẽ eternuz 7 ppetuũ. nec est esse in aliqua existẽtia alia a cognitõne illius cui fit reuelatio: quia tũc per hoc q esset in tali esse fierz naturaliter cognitũ cuilibet alij. sic ponit ista opi. q ö quolibet exñti pt q̃lib3 p habitum suũ habẽ distinctam noticiam. ¶ Preterea ex ista positõe seqtur q qõlibet singulare exñs statim eẽt naturalit notũ cuilibet alteri angelo: 7 ita distantia local' nõ impediret intellectõez angeli quod a multis negatur. 7 videt esse contra aug. li. de cura pro mortuis agenda. ¶ Preterea rationes sue quib' ꝓbat nõ posse singulare intelligi ab angelo videntur procedere ex hoc q impfectionis est in intellectu cognoscere singulare sed hoc est falsum: quia tunc itel

¶ Contra henricum arguit scotus contra primum articulum

lectus diuinus non intelligeret singula re: ergo rationes non concludunt: nec conclusio est concedenda nisi rationes necessarie inducantur. probabile enim est quod sicut sensus communis aliquis potest sentire omne sensibile quod sic intellectus creatus aliquis potest intelligere omne per se intelligibile cuiusmodi est singulare. Contra 2m articulum arguitur sic: ipsemet improbat speciem in beatitudine per hoc quod vnus beatus videret eam naturaliter in intellectu alterius beati: et per consequens videret naturaliter obiectum illud quod representat illa species: ita arguitur in proposito. si habitus est ratio naturaliter cognoscendi singularia cum vnus angelus videat eum naturaliter in alio non poterit eum latere obiectum quod per istum habitum cognoscit ille angelus.

Preterea quando duo intelligibilia comparantur ad eundem intellectum non alligatum virtuti fantastice magis actuale et perfectius non excedens facultatem naturalem illius nature magis est intelligibile ab illo intellectu: sed per eum conceptus vagus formatus in intellectu angeli loquentis est intelligibilis ab angelo alio virtute naturali: ergo multo magis ille conceptus determinatus quem exprimit ille conceptus vagus: quia ille determinatus est perfectior et magis intelligibilis et intellectus cuiuscunque angeli habet conceptum causatum quemlibet pro intelligibili non excedere suam virtutem nec alligatus est virtuti fantastice vt patet ergo etc. Preterea 3o aut est vnus actus intelligendi omnium singularium aut alius et alius. si idem et ille est naturaliter omnium. ipse est enim eorum inquantum precedit actum voluntatis ipsius intelligentis: quia per actionem intelligendi precedentem omnem impatam intellectionem et volitionem: ergo non potest ille actus esse vnius singularis quin sit alterius singularis sicut nec aliqua causa naturalis potest quantum est de se esse vnius effectus ad quem ordinatur naturaliter et non alterius: etsi vna actio est omnium effectuum in vniuersali necessario est omnium simul. si ergo iste actus non potest esse simul omnium non potest inquantum naturalis esse vnius et idem omnium: quia tunc inquantum talis posset esse simul omnium. Si est alius et alius: ergo vnus videns istum et illum actum esse alium et alium in intellectu angeli potest distincte videre cuius obiecti est iste actus et cuius ille: et sic non latebit eum quod singulare considerat iste propter ideptitatem actus in isto non variati. esset enim alius et alius. Contra 3m articulum primo sequitur quod in intellectu angeli loquentis sunt conceptus duo de eodem vnus vagus signans: et alius signatus determinatus. tunc enim est determinatus quando est ratio gignendi illum vagum signatem

Preterea superfluum videtur ponere illum conceptum vagum. nos enim exprimimus singulare determinatum nobis notum per singulare vagum: quia scimus nos non posse causare conceptum in intellectu illius cui loquitur: et scimus ei notas esse conditiones vniuersales particularis vagi: sed si possemus facere conceptum distinctum de illo de quo loqueremur non exprimeremus singulare determinatum nobis notum per vagum particulare: ergo cum angelus possit immediate facere conceptum distinctum singularis sibi distincte noti in intellectu alterius vt patebit soluendo frustra ponit conceptum vagum indeterminatum.

Contra 4m articulum primo non videtur quod dispositio illa ad formam mere supernaturalem possit causari ab angelo: quia licet ad formam immediate producibilem a deo tamen cooperante communi cursu nature possit aliqua causa naturalis disponere sicut de corpore organico respectu anime intellectiue ad formam: tamen omnino supernaturalem. i. non cooperante communi cursu nature dispositionem immediatam agens naturale producere videtur inconueniens. Preterea ratio adducta ad illum articulum concludit quod angelus superior posset angelum inferiorem aliquid videre in verbo reuelatum. hec enim est perfectio vltimata intellectus intelligere verbum. multo magis quam intelligere aliquod verum reuelatum vltra communem cursum intellectionis naturalis. Preterea contra

totam illā opi. sunt duo difficilia: pmo q̄modo loquēs nō cuilibet loquit. si ei loqui ē precise expmē ɔceptum qui non in ipo videt sicut i li. ꝛ hꝰ expssum a q̄libet pōt videri eq̄liter: ḡ expmens illud cuilibet eq̄lr loqtur. ¶ Aliud ē q̄uo isto loqtur illi i q̄ nihil causat: sꝫ tm̄ i se nulla eni vī ratio q̄re alꝰ nūc magis intelligat q̄ pꝰ si nihil aliud fiat in eo. ꝛ spāliter vī absurdum hoc in illuminatōne nā cōstat primum angelū illuminari a deo imediato: ꝛ deus illuminans nihil facit i se. sꝫ pmū qđ facit est in intellectu vel in angelo illuminato: ergo ita verisimile ē in aliis illuminantibus inferioribꝰ q̄ illūinās n̄ cāt aliqđ i se p hꝰ q̄ ē illūinās sꝫ pᵐ cātū ē i illūinato. ¶ Ad q̄stionē istā de locutōe pmo rn̄deo q̄ angelꝰ loqtur angelo cāndo i eo ɔceptū imediate illꝰ obiecti de q̄ loqtur: ad qđ pono duas rōes. pma ē talis: omnis loquens intellectualr causarꝫ imediate in eo cui loqtur de eo de quo loqtur ɔceptum si posset. angelus aūt hoc potest respectu alterius angeli ḡ ꝛc. pbatō maioris: qđlibet agēs nāle statim inducēt si possꝫ illud qđ principaliter intendit: ꝛ loquēs pncipaliter intēdit expmere conceptū illi intellectui cui loqtur. ¶ Probatio minoris: illud quod sufficienter est in actu pmo respectu alicuius effectꝰ pt illū cāre in receptiuo pportōnato approxiato. angelꝰ aūt hn̄s noticiam habitualeꝫ alicuius obiecti qđ sit a ē sufficiēter in actu pmo ad cāndū intellectōem actualē illius a ḡ pōt illū effectū causare in q̄cūq̄ intellectu receptiuo illꝰ effectus. itellectus autē alterius angeli non cōcipientis a distincte receptiuus ē: ḡ in illo intellectu potest angelus talis causare talem cōceptum. pbatio maio. q̄ pma extrema ppositionis actiui ꝛ passiui sūt vlissima abstracta a quocunq̄ actiuo: ꝛ a quocunq̄ passiuo: ꝛ ista pportō inest pticularibus sb̄ vtroq̄ extremo per rationem cōem: ꝛ per cōsequens extremis.

¶ Respondet doctor ad questionē de locutione angelorum [propria] opinione

pbatio mi. angelus in se habet actum pmum cognoscendi a ꝛ spēm ꝛ quecunq̄ ponūtur necessaria ad cognitōeꝫ ꝛ pɔsequenꝫ per illud quod habet pōt facē intellectum suum in actu 2ᵒ cāndo i se intellectōem a sicut effectum. seq̄tur igitur q̄ in itellectu alterius passiuo q̄ est eiusdē rōnis cum intellectu suo pt hoc cāre. ¶ Instat cōtra ratōem: q̄ nō videt ɔcludē nisi de angelo: ꝛ angelo absolute sumptis: q̄ si distent abinuiceꝫ distātia erit impedimentum pter quod nō pōt vnus agē in alium. nō eni pt distās agere in distans nisi prius agat in medium. medium aūt non est locutōnis angeli receptiuū nec audiēm angeli loquētis ḡ ꝛc. Cōfirmatur istud per arist. 2ᵒ. de aīa vbi vult. q̄ si esset vacuum nihil videretur: q̄ spēs visibilꝰ nō possit pringere ad oculum. Item vult. 7ᵒ. phy. q̄ mouens ꝛ motum sint sil: ꝛ hoc loquēdo de moto immediato: qđ oꝫ pus moueri a mouente q̄ moueatur motū mediatū. ¶ Ad ista exhibenda pmo ostendo q̄ angelꝰ etiam distās pōt causare cōceptum in angelo distante: nam si nō esset prioritas nature actōis i mediuꝫ ad actiōem in termino actio in terminum nō depēdēt ab actōe in mediū. patet ex rōe pozitatis nālis: quia causa sufficiēs duoꝝ quoꝝ neutruꝫ ē pus naturaliter alio potest vtrūq̄ sine alio causare: sed in pposito nō est talis pozitas: ḡ pōt angeluꝫ agē in terminū distātem nihil agēdo in medium. pbatio mi. Actō in medium nō pcedit nāliter actōem i terminum nisi duplici de cā. aut q̄ ē eiusdeꝫ rōnis medium ꝛ terminꝰ: ꝛ tūc pus nāliter recipitur in medio sicut passū ppiquius nāliter prius patit q̄ passum remotius. aut si est alterius rōis agēs hēt duas formas actiuas quaꝝ vna est poz nāliter reliqua: ꝛ fm illam formā que ē poz actiua natum est agere in mediū: ꝛ fm aliam in terminum: exemplum primi est vt quando sol illuminat partes

medij. exemplum secundi vt quādo sol generat mineram in visceribus terre: vel vermē in terra ⁊ illuminat mediuȝ interpositum: ergo exclusa vtraqȝ harum causarum. s. ꝙ nec mediū sit receptiuū eiusdem actionis cum termino: nec agēs hȝ aliā formam actiuam realiter vel v̓tualiter per quā sit natū agē in mediū actōne alterius rōis ab actōne in terminum nullo mō p̄cedit actio i mediū actōem nālem in terminum: ⁊ ita est i ꝓposito mediū eni corporale qȯ est int̓ angelos distātes: neqȝ est natum recipe actōnem eiusdem rōis cum angelo distāte audiēte: nec aliam alterius rōis p̓orez illa: q̄a angelus loquēs nec hēt formaȝ v̓tualit̓ nec fōrliter actiuā actōis p̓oris ad illā q̄ est locutio. ¶ Confirmatur istud vltimū tripliciter: p̄mo ponendo vnum impossibile. s. ꝙ deus non eēt vbiqȝ ſm eēntiaȝ eēt tm̄ oipotēs ſm sup̓ dicta di. 37. primi li. ⁊ tunc posset immediate aliq̄d cāre alicubi vbi tn̄ non eēt pn̄s per eēntiā nec tamen ageret in mediū actione eiusdem ratōnis nec alterius: q2 causatum esset immediate ab eo. ¶ 2° si non admittat ista positio ipossibilis remota ipossibili rōe satis habebit ꝓpositū: q2 sol immediate cāt v̓mē vl̓ aliā ſbaȝ gnābilē ⁊ corruptibileȝ: ⁊ tn̄ actōe illi̓ rōis. s. gnātōis nō agit in medium: nec actōne alterius rōnis nisi q2 sol hȝ aliā formā actiuam. s. qualitatem per quā nat̓ est agere p̓us aliquo modo q̄ꝫ p suam formaȝ ſbalem sicut alteratio p̄cedit gnātōem. ¶ Preterea 3°. si hoc nō ꝯcedatur patȝ ꝙ omne corpus generans gnāt corpus nāle non tm̄ supficiem: ⁊ tamen non est imediate pn̄s nisi ſm supficiem: ⁊ in supficie ipsius geniti agit̓g generās vbi non est nec p eēntiam nec p contactum mathematicū pn̄s agit: est tn̄ ibi per contactum v̓tualem: ⁊ hoc sufficit ad agēduȝ sicut si esset pn̄s p essentiam vel mathematice: ⁊ ꝙ agat p̓us in medium int̓ ipsum ⁊ illud cui est sic pn̄s non requirit absolute ad hoc ꝙ agat in illud: sed h° est quia mediuȝ est capax actōis eiusdē rōnis cum termino. ¶ Post hec tria aptius exēplum ad ꝓpositum est de actu cognoscēdi: q2 cognitio intuitiua visus non est eiusdem rōnis in medio cū illa que est in organo: ⁊ si actio alterius rationis fiat i medio q̄ꝫ in organo visus accidit visioni inquantum est effectus visibilis per hoc ꝙ visibile est natum gignere ⁊ speciem ⁊ visionem sicut duos effectus ordinatos. hic igit̓ receptiuum remotum recipit aliquid cui nihil eiusdem rōnis recipitur in medio: sed receptum alterius rationis recipitur in medio: ⁊ hoc accidit quia receptum in medio non est causa recepti in termino: sȝ est sicut effectus prior illo comparando illa ad eandem causam. ¶ Per hoc patet ad instātiā 2°. de aīa ꝙ nō videret aliq̄d nisi esset medium. non ꝙ de p se ratōne coloris visibilis sit aliquid causare in medio ad hoc ꝙ videatur: sȝ q2 spēs visibilis ⁊ visio sunt effectus ordinati eiusdē obiecti vt coloris: ita ꝙ spēs pri̓ nata ē gigni q̄ꝫ visio sicut actus p̄mus q̄ꝫ act̓ scđs: ⁊ p̄m̓ ē spēs in medio vel organo ꝓpinquiori q̄ꝫ in medio vel organo distantiori: sicut ⁊ vl̓r forma eiusdeȝ rōis p̓us causat̓ in ꝓpiquiori q̄ꝫ i remotiori. ¶ Et p idem patet ad illud. 7°. phy. agēs eni est imediatum passo ꝓximo: ⁊ h° imediatōne corrn̄dēte tactui mathematico qn̄ medium est receptiuum actōis eiusdēm rōis vel alterius rōis respectu cui̓ agēs hȝ formā: vel imediatōe corrn̄dente tactui v̓tuali: q2 ita est agens pn̄s distāti mathematice ad effectū cāndūȝ in eo sicut si esset pn̄s sibi ſm eēntiam suam: ⁊ hoc modo esse pn̄s p potētiam suam est sic: non ꝙ potētia sua sit ibi: sȝ ꝙ potētia sua possit causare ibi effectuȝ ac si eēt ibi: lȝ nec ip̄m nec po^a sua sit ibi. ¶ Sȝ ꝯtra hoc obijcitur: quia tūc distātia localis non impediet locutioneȝ angeli. Si eni angel̓ distās imediate cāret

illuminationem in alio distante nihil
causando in medio illud mediũ erit in
actione sua sibi tanꝙ eēt indistans. par
enĩ est quãtum ad actionẽ eius ac si es
sẽt imediati. ergo ita est ꝙ localis distã
tia nõ impediet locutionẽ. ¶ Respõdeo
inter agens ⁊ patiẽs potest eẽ medium
mathematicũ tripliciter. ¶ Scdo princi
paliter ad solutionẽ arguo sic. Angelus
inferior cognoscit se intuitiue per eẽnti
am: vt patet supra di. 3. ergo ⁊ superior
cognoscit illũ inferiorẽ per eẽntiam suã
intuitiue. proba° cõsequẽtie. quia omne
obiectũ cognoscibile ab inferiori potest
eẽ cognoscibile a superiori eque perfcẽ
vel perfectius. nulla aũt cognitio abstra
ctiua alicuius obiecti perfectior ẽ cogni
tione intuitiua. qꝛ cognitio abstractiua
per speciẽ potest eẽ de re nõ existente in
se presẽtialiter. ⁊ ita nõ perfectissime co
gnoscit nec attingit. nõ autẽ oportet an
gelos eẽ imediatos sibi localiter ad hoc
vt superior intelligat inferiorẽ intuitiue
ergo dato ꝙ distent localiter superior i
tuitiue cognoscit inferiorẽ. sꝫ ista cogni
tio nõ est per aliquã speciẽ vel habitũ
qui possit eẽ re nõ existente. ergo a simi
li in angelo intuẽte illam cognitionẽ in
tuitiuã. ⁊ tamẽ illa existẽtia cognita ni
hil eiusdẽ ratiõis vel alterius ratiõis gi
gnit in medio. qꝛ mediũ nec est capax i
tellectionis nec speciei materie intelligi
bilis. ergo a simili si in illo angelo pona
tur aliquid actu intelligibile natum gi
gnere aliquaꝫ cognitionẽ licet nõ intui
tiuã in quolibet intellectu passiuo ⁊ re
ceptiuo potest illud actu intelligibile gi
gnere suaꝫ notitiaꝫ. sed intellectus ange
li distantis est receptiuus talis notitie.
ergo illud intelligibile actu in intellectu
angeli exñs põt causare in intellectu an
geli distãtis notitiã actualẽ sui.

Ad ulterioreꝫ autẽ

declarationẽ propositi restãt duo intel
ligẽda. primo quid gignat in intellectu
audiendꝭ ab angelo loquẽte. 2° qualiter
angelus põt loqui vni ⁊ nõ alteri si sint
eque pñtes. ¶ De primo dico ꝙ potest
cãre actũ tm̃ ita ꝙ nõ spẽm. ⁊ põt cãre
simul actũ ⁊ spẽm. ⁊ põt causare tm̃ spe
ciẽ. ¶ Probatio primi. locutio potest eẽ
de aliquo habitualiter noto audiẽti. qꝛ
sicut nos possumus perfecte loqui ꝺ eo
qꝺ perfecte sciremus cõicando cõcept⁹
nostros alijs lꝫ sciremus illos eosdẽ alꝭ
scire. ita possibile videt̃ ibi locutionẽ eẽ
de habitualr̃ noto vtriqꝫ. sed tunc non
gignitur spẽs ab angelo alia ab illa que
hꝫ. qꝛ tunc eẽnt due in eodẽ respectu ei⁹
dẽ obiecti. nec ẽt prehita illa intẽditur.
qꝛ ponamus ꝙ ꝑhabeatur ꝑfectissima
¶ Silr̃ locutiones vt plurimũ sꝫ de cõ
plexis pertinẽtibus ad actualẽ exñtiam
rerũ. tales ãt cõplexiones nõ sunt euidẽ
tes ex terminis. lꝫ g° aliquis habeat spẽs
extremoꝝ nõ propter hoc est intellect⁹
suus minus capax alicuius intellectõis
siue cognitionis cõplexe de illis extrẽis
que vꝫ ẽ determinate ꝺ altera parte cõ
tradictionis vt de existẽtia rei vel non
existẽtia. potest g° tũc causari aliquis ac
tus cognoscẽdi tale cõplexũ sine causa
tione alicuius spẽi. 2m probo. qꝛ si ange
lus audiẽs nõ habet speciẽ illius singu
laris de quo loquẽs loquit̃ intellect⁹ su⁹
ẽ receptiu⁹ tã spẽi ꝙ act⁹ ⁊ carẽs vtroqꝫ
⁊ intellect⁹ angeli loquẽtis est in actu p°
sufficiẽti ad gignitionẽ vtriusqꝫ: qꝺ pꝫ
de spẽ. qꝛ spẽs intelligibilis põt gignere
spẽꝫ itelligibilẽ eiusꝺ rõis. sicut spẽs rei
sensibilis in medio potest gignẽ specieꝫ
sensibilẽ eiusꝺ ratiõis. similiter de actu
pꝫ. qꝛ illa spẽs que est in loquẽte princi
piũ cognoscẽdi illud cuius est. põt etiã
eẽ ratio gignẽdi actualẽ intellectionẽ il
lius obiecti in intellectu alio capace. 3m
ꝓbo. qꝛ minor virtus actiua nõ potest
maiorẽ v̄tutẽ ipedire a sua actõe. g° si su
perior ꝯsideret aliqd in genẽ ꝓpo: puta a
inferior volẽs loqui sibi de. b. nõ pote
terit impedire suã intellectionẽ actualẽ

Ad argumenta alteri⁹ questionis dico ꝙ beat⁹ habet q̄cquid pōt recte velle non de pō absoluta ſꝫ de pō ordinata. vel si de pō absoluta pōt sic intelligi. q̄cq̄d pōt absolute recte velle. hoc ē q̄cq̄d deus vult eā velle. deus autē non vult aliquā voluntatē velle liber̄ maiorē gl̄iam habere q̄ꝫ sibi ꝯtulit. ⁊ iō non pōt aliā gl̄am recte velle. Et cū ꝓbas ꝑ voluntatem nālem que semper est recta. ¶ Rn̄°. ⁊ dico ꝙ appetitus nālis cuiuscūꝫ voluntatis est ad summā gl̄iam. hoc est ista voluntas posset nāliter pfici tanta gloria nec tn̄ est ibi tanta inclinatio nāl̄ ad summā ꝙ oppositū forme isti violēter insit. sicut graue inclinat̄ nāliter ad deorsum: quia ista inclinatio non habꝫ principiū intrinsecū necessitans ad illō ad quod ipsa est. ita ꝙ oppositum eius non possit inesse nisi violenter. inclinat̄ enim ad habendū gratiaꝫ summā. ⁊ tn̄ potest quietari in minima. ratio ē quia non habet principiū intrinsecū determinās eā ad aliquē gradum determinatū.

Sed cũ dicis ꝙ voluntas libera erit recta si consonet volũtati naturali. dico ꝙ non semper sed tñ quando cũ hoc ꝯsonat volũtati supiori. s. voluntati diuine quando vult ꝙ deus vult eã velle. qñqȝ autẽ deus vult voluntatem libere velle quod vult appetitũ naturalẽ appetere. qñqȝ autẽ non sed vult voluntatẽ liberam velle esse consonã volũtati sue et dissonã appetitui nãli. ⁊ ideo beatitudo recte appetit libere quia deus vult naturalẽ appetitũ hoc appetere. ⁊ volũtatẽ liberã esse sibi consonã vult autẽ deus voluntatẽ non odire mortem in casu. et tamẽ vult appetitũ naturalẽ esse ad oppositũ mortis. ⁊ tunc non vult volũtatem liberã sequi eam. sed voluntatẽ suã que est regula supior ita est hic. quia ipse ex bonitate sua que est regula suprema prefixit cuilibet voluntati create ut ipa non plus velit ꝙ̃ voluntas diuina sibi contulit ⁊ vult eam velle. ¶ Ad aliud dico ꝙ licet non habeat ista aĩa summã iclinatõem ad summã grãm ꝙ̃tũ est ex parte fundamenti inclinatõis tamẽ habet inclinatõnem ad summã grãm qua posset summe ꝯiungi obiecto. ⁊ ita licet posset quietari per quãcunqȝ grãm sic ⁊ quecũqȝ aĩa non tamẽ summe quietatur sine sũma grã q2 nec sũme ꝯiungeretur obiecto in quo est perfecta quies. nisi haberet summã grãm. ¶ Ad 3^m rñdeo ꝙ si concedat añs quod tamẽ vr̃ dubiũ ⁊ ꝯtra auctẽ Aug. 3. de li. ar. potest negari ꝯñs. Et cũ querit causa. quare defecit summã grãm ⁊ non summã nãm. Rño. ꝙ summa nã creata si esset nõ haberet influentiam in alias nãs sicut nec mõ superior spẽs i vniuerso necessario influit in inferiorẽ. sũmũ autẽ in gratia influit ꝑm esse gratie in inferiora ⁊ iõo dr̃ maior necessitas ut ponat aliquod habens grãm summã ꝙ̃ aliqua summa natura. ¶ Si tamẽ sicut deus supplet influentiã nature supioris si q̃ esset in inferiorẽ quia influit immediate in omnia. ita posset immediate supplere influẽtiã summi grati quia ipse influit grãm in omnes. posset poni alia rõ quia ibi in q̃cunqȝ opere nature manifestat summe potentia ⁊ sapia diuina. quia ꝓducit ea de nihilo. ⁊ hec sunt que ptinẽt ad ierarchiã totius vniuersi ꝙ̃tum ad esse nate sed misericordia ⁊ iusticia que pertinẽt ad ierarchiã naturaꝝ intellectualiũ ꝙ̃tum ad esse morale. non summe manifestat in quocũqȝ opere gratie. imo videtur ꝙ summa misericordia nõ manifestatur nisi sine meritis summa gratia ⁊ gloria daretur.

Ad tertiam q̃stiõnem

Ad tertiam q̃stiõnem dico ꝙ aĩam posse summe frui potest intelligi duplr̃ vel formaliter vel effectiue. hoc est vel ꝙ summa fruitio informet istam voluntatẽ a quocũqȝ causetur. vel ꝙ ipsa voluntas eliciat sũmaȝ fruitionẽ ⁊ sit iam actiua respectu eius ꝑmo modo possibile est summã fruitionẽ creabilẽ conferre aĩe christi. q2 ipsa ẽ receptiua cuiuslibet accñtis ꝯuenientis sibi ⁊ in summo q2 nõ determinat sibi certũ gradũ istius. sicut fuit ꝓbatum in prima questione de grã. ⁊ fruitio est q̃dã accñs absolutũ possibile creari a primo causante immediate sine actiõe voluntatis create. 2° modo videt probabile ꝙ cũ illa volũtas nõ possit tantã vim actiuã habere ꝙ̃taȝ volũtas creata alia potest habere ut angelica, nõ potest ita ꝑfecte elicere fruitiõem sicut alia voluntas potest. licet. n. potest summã gratiaȝ habere que ut cã ptialis respectu fruitionis eque causaret fruitõnem in ipsa et angelo si haberet eã. tamẽ alia cã ptialis erit inequalis ut volũtas altera autẽ cã ptiali deficiẽte deficiet effectus. licet reliqua cã partialis sit equalis. mõ tñ de facto est maxima elicitiue. q2 lȝ nõ sit volũtas eius ita ꝑfecte actiua sicut voluntas angeli. tñ ipsa cũ summa grã ut alia cã ptiali actiua põt imꝑfectõrem fruiti-

onē q̄ volūtas angeli cū minori gratia quia excedentia gr̄e excedit in ea efficientiam volūtatis angeli.

Ad quartā questionē dico q̄ sine sūma gr̄a posset de⁹ cōferre summā fruitōem creabilē huic aīe sicut ꝓcedit argu^m ad oppo^m q: gr̄a respectu fruitōis h3 tm̄ rōem cause efficiētis 2ᵉ ꝛ ita sine ea potest fieri ¶ Utrū tn̄ volūtas ista sine gr̄a possit tm̄ agere q̄tū est ex pte sui ad summā fruitiōem q̄tuz cum gr̄a dubiū est. supposito.n. q̄ obm̄ fruibile sit pn̄s intellectui ꝛ volūtas sin̄ omni habitu pn̄te tali obō possit actuz fruendi elicere. ita q̄ gr̄a non reqrat̄ nisi ad aliquā pfectōem fruitōis eliciēde sic aliqua cā ptialis dans aliquā pfectōem effectui non tn̄ dans volūtati aliquā cālitatē ꝓpriā sibi imo volūtas cālitatem suā q̄tum ad potentiā ꝓpinquā siue remotā habet ex se. tunc aut ponit̄ necessaria cōnexio cāꝝ scōaꝝ ut q̄ aliqua cā pncipalis non possit causare determinatū effectū sine cā 2ᵃ determiata sic q̄ pr̄ non possit agere ad esse filij ut pr̄ absq3 hoc q̄ mater ageret ut cā 2ᵃ. vel ponit̄ q̄ deus possit supplere cālitatē cuiuscū3 cāe scōe non supplēdo cālitatē alterius cāe. ꝛ tūc posset supplere cālitatē matri ꝛ relinquere patri cālitatē sibi ꝯpetentē ut vere esset pater filij l3 nulla esset eius mater ¶ Si pmū istoꝝ teneat̄ tunc dicēdū est q̄ ad fruitōnem tantā q̄ta posset elici a volūtate cū sūma grā nō pōt volūtas agere sine sūma gr̄a licet poss3 illā recipe sine ea. ¶ Si aūt 2^m teneat̄ tūc dicēdū est q̄ deus posset supplere actionē sūme gr̄e ut volūtas sine illa posset fm̄ cālitatē suā agere ad summā fruitiōe3 deo supplēte actōem gr̄e ut cause 2ᵉ ¶ Tn̄ de potētia ordinata non posset voluntas christi frui actiue siue elicitiue sūme sine summa gr̄a q: ordinatū est ut cā prima que nata est hr̄e aliq̄ cām 2^{am} nō possit in effectū summū illaꝝ cāꝝ sine tali actōe cause scōe ¶ Silr ordinatū est vt nulla volūtas sūme pficiat̄ actu 2° sūmo ēt ut recipiēs nisi habeat summū actū p^m. ꝛ ita nec possibile est de potētia ordinata q̄ sūme fruat̄ sine summa gr̄a.

Ad argumenta istarū duaꝝ q. dico q̄ pma duo ꝯcludūt q̄ non pōt sūme frui elicitiue ꝛ hoc ꝓut actō debetur cāis scōis deo non supplēte actiōem alicu⁹ cāe scōe ¶ Arg^m in oppo^m ꝯcludit q̄ pōt sūme frui formalr̄ qd̄ cōcedo tn̄ illud arg^m deficit in hoc q̄ vr̄ ꝓbare q̄ fruitio sit a gr̄a ut a cā totali qd̄ ē falsuz. vn̄ licet illa nāliter se hēat ad fruitōnem⁹ non tn̄ voluntas q̄ est alia cā ptial̄ sed potius libere ¶ Ipa tn̄ volūtas in patria semp coopabit̄ fm̄ vltimū potētie sue actiue gr̄e s3 vltimū eius ¶ Et si obijciat̄ ꝯ distinctōem positā ad istā tertiā q. q: tunc aīa xp̄i ex ista vnione posset frui absq3 gr̄a cui⁹ oppositū dictū est di. 2ᵃ hui⁹ ¶ Rn̄° ꝛ dico q̄ deus posset immediate cāre fruitōem in quacūq3 aīa ꝛ illa formalit̄ frueret̄ sine gr̄a habituali. n̄ tn̄ posset aliq̄ aīa actie se hr̄e ad fruitōe3 fm̄ ordinē cāꝝ iam positū. nisi ipsa haberet gr̄am ut cām 2^{am}. nō g̊ ex vi vnionis posset ꝯpetere aīe xp̄i fruitio magis q̄ alteri aīe. q: non ex vi vnionis ꝯpeteret sibi elicitiue fm̄ ordinē ꝓfixū cārū scōaꝝ. sed tn̄ si deus suppleret actiōem gr̄e que nata esset esse cā 2ᵃ respectu volūtatis in ꝓducēdo istū effectū. ꝛ ita posset supplere in alia volūtate posset etia3 illa frui formalit̄ licet deus immediate causaret fruitōem in ea. sed hoc non eēt ex vi vnionis q: ita imediate posset cāre fruitiōe3 in alia non g̊ istud ꝯdicit dictis alibi. neq3 etiā illa fruitio si tn̄ ess3 in volūtate ut in subiecto causata a deo immediate esset laudabilis q: non esset in potestate voluntatis fruētis quia nō est in potestate cāe scōe vti prima s3 ecōuerso ꝛ iō tam in via q̄ in patria ponit̄ aliqua forma creata vt volūtas possit

vti illa forma in operando et sit in potestate eius ut sic laudabiliter operetur.

Ad argumenta quarte q.

Ad primum dico quod gratia requiritur ad meritum quia meritum formaliter requirit ut actus libere et active eliciatur a voluntate. et ita habeat eum in potestate sua et ita etiam gratia requiritur ad fruitionem ut eliciendam active a voluntate sed ad habendum formaliter a deo hunc actum qui dicitur meritum siue illum qui dicitur fruitio non requiritur necessario gratia quia gratia non est ratio recipiendi talem formam. sed ipsa met voluntas sed hoc de potentia dico absoluta. ¶ Ad 2m dico quod concludit de fruitione elicitiue habenda non formaliter quia ad summum effectum causandum secundum ordinem causarum nunc prefixum requiritur vtraque causam partialem esse summe perfectam. non sic ad hoc ut passum recipiat summam formam que sine perfectione priori ipsius passi. vel sine aliqua causa 2a partiali potest in passum immediate causari a deo.

Hic queritur opus

est etc. ¶ Circa istam .14. di. in qua magister agit de perfectionibus assumptis cum humana natura per comparationem ac perfectionem nature diuine queruntur quatuor. ¶ Primo vtrum possibile fuerit intellectum anime christi primo et immediate perfici visione verbi perfectissima possibili creature. Et arguitur quod non. Aug. 83. q. 32. eandem rem non posse alium alio plus intelligere non est dubitandum. ratio sua ad hoc est. quia quisquis aliquam rem aliter quam illa res est intelligit fallitur: et omnis qui fallitur illud in quo fallitur non intelligit. quisquis ergo rem aliter quam est intelligit non eam intelligit. non ergo potest quicquam intelligi nisi quomodo est. et ex hoc sequitur conclusio illa proposita. ergo non potest intellectus anime christi perfectius videre verbum quam quecunque alia anima. ¶ Preterea si perfectissime posset videre verbum ergo posset videre verbum sub ratione infiniti. quia omni visibili non sub ratione infiniti potest aliquid perfectius videri. consequens est falsum. quia obiectum specificat actum et ita si visio creata esset obiecti secundum rationem infiniti. et secundum eandem rationem obiecti est ipsius visio increata. ergo iste due visiones essent eiusdem speciei. Similiter tunc intellectus anime christi comprehenderet verbum. quia videret ipsum secundum totam rationem visibilitatis eius quod est inconueniens. ¶ Preterea omnis visio requirit lumen proportionale prius naturaliter ipsa visione ergo sicut visio naturalis requirit lumen naturale aliud a se et prius ipsa: ita visio supernaturalis requirit lumen supernaturale aliud ab ipsa et prius ea: et ita non potest visio supernaturalis esse prima perfectio illius qui videt. ¶ Preterea actus perfectus naturalis elicitur ab habitu quia non est ita perfectus precedens habitum sicut sequens secundum phy. 2o. ethi. ergo et actus perfectissimus supernaturalis presupponit habitum supernaturalem. consequentia probatur a simili. et ita non potest actus supernaturalis perfectissimus esse prima perfectio intellectus. ¶ Contra hoc est magister in littera. ¶ Item summa fruitio presupponit summam visionem sed ista anima christi potuit frui summa fruitione possibili creature. ex di. precedenti. ergo etc. ¶ Et quod immediate probatur quia quelibet potentia passiua est immediate perfectibilis illo actu respectu cuius immediate est in potentia. igitur intellectus siue potentia intellectiua est immediate perfectibilis ipso intelligere et ita non necessario mediante alio.

Secundo queri

tur vtrum possibile fuerit intellectum anime christi videre omnia in verbo que verbum videt. quod non. quia tunc posset videre infinita: consequens est falsum. quia infinita non contingit pertransire 2o metha. ¶ Preterea illuminationes bonorum angelorum fiunt ordinate sicut patet per Dyo. de angelica ierarchia. sicut ergo superior angelus prius illuminatur quam inferior: ita prius illuminatur quam ista anima que est infima et potest istam illuminare sicut superior beatus inferiorem. ergo ista potest aliquod

de nouo videre in verbo sicut ⁊ angel' illuminās q2 illuminat' non prius videt in verbo q̄ illuminans. ¶ Confirmat rō q2 ista aīa q̄tum ad illūiatōem aliquē ordinē tenet inter spūs illūiatos nō aūt illūiat angelos q2 non habet virtutem actiuā respectu illoꝝ cū fit inferioris na ture. ḡ illūiatur ab eis. ḡ ppositum.

¶ Contra mgr̄ in lrā. c. 2. Omnia videt q̄ verbum videt.

In prima questiōe

sunt duo articuli. pmus est an possit pfi ci visione pfectissima verbi. scōus an p mo ⁊ immediate absq3 alia forma pus pficiēte. ¶ Quantū ad pmū articulū dico q sic, pter eandē rōem pter quā di. pcedenti. q. pª dixi voluntatē ei' pos se habere summā charitatē ⁊ ita verisi mile est esse de facto. ¶ Quod ꝯfirmat p illud Isido. li. pmo. de sūmo bono. c. i. trinitas sibi soli nō est ⁊ homi assūpto. quod non pōt intelligi nisi de notitia in termio vel simplr̄ vel possibili creature ¶ Quantū ad 2m articulū potest dici q in q̄tum intellectus habet rōem receptiui respectu visionis non est aliq̄ forma ne cessario prius recepta ad hoc ut visio re cipiat in intellectu q2 per illā formā nō aliter esset obm̄ presens q̄ posset esse si ne ea. obō autē eodē mō presente intelle lectui potest intellec' eodē mō recipe vi sionē obiecti. prima ppō pbat. q2 illa alia forma posita nō est obiectū pn̄s nisi absolute volūtarie se repn̄tet q2 illa for ma non pōt esse necessaria rō qua obm̄ sit presens ut visum q2 si vult vr̄: si non vult nō vr̄. Illa etiā nō posita pōt obm̄ volūtarie se repn̄tare intellectui. ⁊ h° ac tu cāndo visionē in intellectu. ḡ ⁊c. ¶ Pre terea si aliqua forma esset necessario in intellectu por ipsa visione dicat. a. aut ḡ a. se haberet ad visionē in rōe cāe efficiē tis aut in rōe cāe mālis ut ppriū recep tiuū. sicut supficies in sba se h3 ad colo rē q2 est ppria rō susceptiua coloris. Si aūt. a. pmo° se hret. ḡ sine. a. posset visio inesse intellectui. qcqd. n. pōt deus p cāz efficientē mediā pōt et imediate ⁊ hoc i quocūq3 qō est receptm̄ illius: 2°° nō po test poni. a. necessariū in pposito. tū q̄a tunc intellectus ut est aliqd aie eēt beat' in. a. q2 mā receptiua multaꝝ formaꝝ imediate quietat qn̄ h3 pfectissimā for mā cuius est capax. h eit hi' q2 intellect' ex se nō potest alias recipe nisi p istā. sic sba esset beata p supficiē si ex se nō poss3 aliā formaz per se recipe. ⁊ ita intellect' ut est aliqd aie qetaret nālit pus q̄ sibi inesset visio vbi qō est ipossibile. 2° quia absolutū qō est rō recipiēdi aliq̄ formā si p se est p se pōt recipe. sicut supficies p se exn̄s pōt per se recipe colorē. ḡ ip3. a. si est absolutū ⁊ aliud a visiōe ⁊ rō reci piēdi visionē, si p se esset p se posset reci pere visionē. ⁊ ita. a. p se exn̄s posset bea tificari visiōe ⁊ p ꝯn̄s etiā mō imediate beatificaret. ⁊ ēt sequit q intellect' non beatificaret mō nisi p accn̄s sic sba q̄tū ad pōm passiuā eius quietaret p accn̄s p colorē possibilē inesse supficiei. ¶ Si dicat totū. s. intellectū informatū. a. p se beatificari visione. ¶ Contra. vnius act' per se est vna poª p se ⁊ vnū per se recep tiuū. ḡ istius visionis q̄ est vn' actus p se nō est totū per accn̄s p se poª. alteꝝ ḡ p cise est ppria rō ⁊ imediata recipiēdi. et ita sequit ppom̄ ut due pme rōnes ꝯclu dunt. ¶ Itaq3 pōt dici q intellectus aie xpi pōt passiue recipe visionē vbi pmo ⁊ imediate ⁊ hoc ita q nō perficiat pus aliquo luie tanq̄ forma absoluta alia a visione. tū q2 ipsa est lumē perfectū. tū q2 i intellectōe nāli lumē pcedēs visionē requirit pter iperfectōem obiecti qō n̄ est de se actu intelligibile s3 p intellectuz agentē qui est lumē fit actu intelligibile qō est poª intelligibile. vel si est actu in telligibile nō est p se sufficiēs ad mouēdū intellectū ad actū 2m. neutꝝ istoꝝ est i p posito q2 essentia diuina est lux sūme ex se ⁊ de se intelligibilis ⁊ de se pfectissime

motiua intellectus. g̊ nullū lumē reqͥrit̄
coopatm̄ sibi. q̄to. n. obm̄ magis habꝫ
de se rōem ⁊ pfectiōem lumis qȯ posset
coopari sibi: tāto minus coexigit ipsuꝫ.
g̊ obm̄ oino pfecte hn̄s in se lumē natū
coopari obō oio nō coexigit lumē. Silr̄
ad recipiendū ipam visionē non reqͥrit̄
habit⁹ aliqͥs ṗoꝛ ipsa visiōe. qꝛ hitus n̄
dispōit potētiā ad recipiendū actū. imo
actus est natus ṗus recipi q̄ habitus tn̄
habitus acquisitus in nobis hꝫ hanc p
fectōem qꝛ est imanēs in aia transeunte
actu ut sic intellectus qui nō pōt haber̄
pfectā notitiā pluriū obiectoꝝ sil̄ qꝛ nō
in actu hēat saltē notitiā eoꝝ pmanētēꝫ
sicut potest ⁊ ita in habitu sed si aliquis
actus esset ex nā sua ita pmanēs in actu
sicut ponit̄ habitus respectu illius non
opoꝛteret ponē habitū qꝛ actus talis ha
beret pfectōeꝫ actus ṗmi ⁊ scōi. sed visio
beata ex nā sua est foꝛma ita pmanēs in
intellectu sicut habitus qui ponit̄ pꝛioꝛ.
vterqꝫ. n. pmanet semp ex pn̄tia ppetua
obiecti beatifici ⁊ neut̄ posset alit̄ pma-
nere. ❡ At si obijciat̄ ꝯ istud qꝛ tūc pos
set intellectus ex puris nālibus videre v̄
bū. qꝛ sine lumīe glīe ⁊ sine habitu ṗce-
dēte visionē. ❡ Rn̄° ⁊ dico q̄ ꝯ° vr̄ aliq°
mō sequi ponēdo lumē vel habitū ṗce-
dentē visionē ita q̄ sit necessaria vel suf
ficiēs rō respectu visionis. si. n. cecus mi
raculose illūiat̄ tn̄ illūiatus nāliter vidꝫ
qꝛ hꝫ foꝛmā creataꝫ qua nāliter pōt vti
ad opatōem illā. Ita si der̄ intellectui su
pnāliter aliqͥs habitus q̊ dato tāq̄ p foꝛ
mā sufficientē. intellectus pōt vider̄ deū
⁊ cū ipse habitus sit aliqͥd creatū ⁊ nālit̄
pficiens intellectū. sequeret̄ q̄ p aliq̄ foꝛ
mā creatā possibile eēt nālr videre deū
sed nō sequit̄ negādo talē dispōem vl̄ lu
mē precedēs siue dicat̄ lumē siue habit⁹
nō curo: qꝛ in quocūqꝫ instāti ṗoꝛi nālr
ipsa visione nulla est causa nālr ṗoꝛ ipa
visiōe. vsꝫ. n. ad illud instās nāe q̊ intelle
ctus videt nō hꝫ intellectus vn̄ posset in
istā visionē. sed tm̄ ṗcedit nālr ipse intel
lectus in se ⁊ obm̄ qȯ pōt elicere ipaꝫ vi
sionē. qꝛ nō est motiuū nālr̄ ꝓpoꝛtōatū
huic passo nec natū nālr̄ mouere ipm.
❡ Tūc ad foꝛmā argumēti dico q̄ nō seqͥt̄
nisi q̄ intellectus aie xp̄i posset nālr̄ i vi
sionē: sed nō sequit̄ q̄ visio posset sibi in
esse ex nālibus suis vel q̄ possit sibi ineē
ex aliq̄ cā nāli qꝛ nō pōt sibi inesse nisi a
verbo imediate cāante istā visionē qꝛ qn̄
cāt illā imediate ⁊ supnālr̄ cāt. ❡ Si
aūt querat̄ vtꝝ sine tali habitu vel lūie
qȯ dicat̄. a. possit intellectus creat⁹ non
tm̄ passiue se hr̄e ad taleꝫ visionē sed ēt
actiue ad eliciēdū talē visionē ⁊ hoc eq̄
pfectā sicut cū. a. ❡ Hic supponēdo vnū
q̄ intellectus possit se habere actīe respe
ctu visionis vbi: sicut ⁊ actīe se hꝫ respe-
ctu intellectōis nālis inq̄m. s. eadē pō be
atificat̄ q̄ est ṗnm intellectōis nālis. ⁊ ita
inq̄tū habēs eandē rōem opandi circa
vtrūqꝫ obm̄: tūc pōt dici sicut ad. 4. q.
distinctōis ṗcedētis dcm̄ est sed q̄tū ad
receptōem de q̄ est qō modo ꝓposita n̄
vr̄ simplr̄ necessariū ꝯceder̄. a. ṗus pficē
intellectū q̄ visionē. sed si intellect⁹ pōt
recipe duas pfectōnes oꝛdinatas. s. a. ut
actū pꝛimū ⁊ visionē ut actū 2m. ꝯgruū
est ut illis pfectiōib⁹ oꝛdiate pficiat̄. sed
vtraqꝫ absolute posset inesse sine alia.

Ad primum argu.

dico q̄ dictū Augꝰ. pōt expōi p illud. 2.
phy. abstrahētiū nō est mēdaciū. abstra
hens. n. nō intelligit rē alit̄ q̄ est. lꝫ intel
ligat rē alit̄ esse q̄ est: ita q̄ alietas in ab
stractōe determiat suā intellectōem siue
dicit modū itelligēdi nō aūt determiat
obm̄ nec dicit modū obiecti ita i ꝓposi-
to ṗma ꝓpō Augꝰ. qui intelligit rē alit̄
q̄ est fallit̄: nō est vera ꝓut ly alit̄ deter-
miat nō obiectū sed ipm esse iplicitū qꝛ
tūc esset sensus q̄ q̊ itelligit rē alit̄ esse q̄
est qȯ facit abstrahens fallit̄. sed ꝓut ly
alit̄ determiat obm̄ sic est vā ⁊ sequit̄ ꝯ°
q̄ idē obm̄ ꝺm oio eandē rōem vn⁹ nō i
telligit plus q̄ ali⁹. ita q̄ ly plus deimiet

obm̄ ꝛ hꝰ sufficit ad ꝓpositū suū. ex hꝰ eni sequiᷓ ꝙ intelligētie nō ꝓcedūt i infinitū. sed ꝙ sit aliq̄ intelliᵃ sup̄ma. q2 si obm̄ ex pte sui infinitū nō potest aliť et aliť intelligi ꝛ ipsi itelligibili ſm intelligibilitatez suā pōt aliq̄ intelligētia adeq̄ri pari rōe p̄mo intelligibili pōt aliq̄ intelligētia adeq̄ri igiť est aliqua intelligētia suprema. ⁋ Ad 2ᵐ licet aliqui negēt obiectū sub rōe infiniti videri ab aliquo intellectu creato ꝛ hoc absolute licet cōcedāt ifinitatē videri nō formaliter sed tātū ꝯcomitanť ego tn̄ cōcedo sicut tactū fuit. i. di. p̄mi. ꝙ nihil nisi sub rōe infiniti formaliť pōt quietare intellectū ita ꝙ si nō inq̄tū infinitū formaliť apprehēderet. sed infinitas tm̄ ꝯcomitareť nō plus quietaret potentiā apprehēsiuā q̄ aliud intelligibile. accidit. n. sibi ifinitas ut cōpaꝛ ad potentiā illā sicut nō plus quietaret intellectū triāgulus ut albus q̄ ut niger. si triangulꝰ solū inq̄tū triāgulus cōpetur ad potētiam illā ꝛ nō apprehēdatur illud cōcomitās. Similiť essētia nō quietat nisi ut est eēntia visa existēs i tribus suppositis. hoc autem nō conuenit sibi nisi ratōe infinitatis. ḡ ꝛc̄. ⁋ Et tunc ad illas duas ꝓbatōes in ꝯtrariū. Ad p̄maz dico ꝙ ꝛ si obiectū distinctū sp̄e cōcludat distinctōez actus sp̄e: nō quidem formaliť quia obiectū nō est forma aliꝯ actus sed cāliter q2 cā essētialiť prior necessario req̄sita inq̄tū disticta cōcludit distinctōem in cāto nō tn̄ vnitas obiecti specifica cōcludit vnitatē actus specifice quia idē obiectū est obiectū oīs intellectus beati ꝛ etiā oīs volūtatis beate: nec tn̄ volitio est eiusdē sp̄ei cū intellectōe. possūt. n. isti actus formaliť distingui: lz nō habeāt obiecta formaliter distincta. ꝛ p̄nt etiā distingui causaliter aliūde q̄ ab obiectis q2 ab ipsis potētijs tanq̄ a causis suis essentialibꝰ. ꝛ ita dato ꝙ ab obiecto indisticto ſm sp̄em haberēt indistinctōem tn̄ ab alia cā partiali distinguerenť sp̄e. nec phy. 2° de aīa. diciť ꝙ actꝰ habēt vnitatē ab vnitate obiecti. sed distinctōem ꝛ hoc nisi esset aliquod obiectū ita adequatū actui ꝙ nō excedēt nec posset excedi sic nō est in ꝓposito ⁋ Exēplū huius est in motu ꝛ termio q2 distictō termi motus ꝯcludit distinctōem in motu ꝓut motus est forma fluēs sī illa forma sit eiusdē rōis cū forma terminante motū sed nō oportet vnitatē termini motus concludere vnitatē motus. quia vbi oīo pōt acquiri diuersis motibꝰ ſm sp̄em ut motu circulari ꝛ motu recto q̄ sunt incompabiles ſm phylo. 7 phy. ⁋ Ad 2ᵃᵐ ꝓbatōnem dico ꝙ Augꝰ. de ci. li. 12. c. 18. dicit ꝙ q̄cquid scia comprehendiť scientis cognitōe finiť q̄ꝺ non est intelligendū ꝙ absolute finiať. q2 tūc deus nō ꝯprehēderet se sed finiť cognoscēti quia respectu eius se habet ac si eēt finitū. videť. n. solus ille intellectus ꝯprehendere aliq̄ꝺ intelligibile cuius tāta ē pfectō in intellectualitate q̄ta est pfectō vel intelligibilitas intelligibilis ꝛ ideo ibi est ꝯmensuratio ꝛ adequatio. ꝛ ppt hoc neutrū est respectu alterius excedēs ꝛ ita vtrūq3. q. finitū ē alteri. q2 simpliť adequatū sicut ꝓpter equalitatē psonarū diuinaꝝ posset dici vna psona finita alteri quia nō excedēs eam. ꝛ tn̄ simpliť nō est finita. quia ergo nullus itellectus creatus potest habere tantā intellectualitatē nz in actu p̄mo neq3 in actu 2° q̄ta est intelligibilitas dei ut obiecti imo ī infinitū excedit. iō nullus talis intellectꝰ creatus ꝛ si videat q̄ꝺcūq3 visibile ex pte dei. pōt ip̄m ꝯprehēdere quia non est ꝯmensuratio hincinde ⁋ Ad 3ᵐ dico ꝙ lumē requiriť sed nō aliud lumē ab ipo obiecto q̄n obiectū supplet sufficiēter vicē lūis. q2. n. intelectōe nāli lumē sit aliō ab obiecto hoc est ex ipfectōne obiecti. vn̄ in talibus silibus ex pluralitate in ipfectis nō tenet silitudo ad ꝯcludenduz in pfectis. q2 que sunt dispsa in inferioribꝰ q̄nq3 sunt vnita in supioribꝰ ꝛ maxime in supremo ⁋ Ad 4ᵐ pōt rn̄deri

per ideʒ quia ſiĩitudo non tenet de actu naturali ⁊ ſupnaturali. ¶ Poteſt tñ aliť dici vʒ ꝙ actus pfectiſſim⁹ cognitõis poteſt elici a potẽtia ſine habitu pcedente põt. n. intellectus pfectiſſime cognoſceř q̃dditates ⁊ termios ante omnẽ actũ intellectus ꝯplexũ ⁊ eos ꝯponere adinuicẽ ⁊ ex rõnibus eoꝝ cõcludere veritateʒ cõplexionis pncipij. qꝛ ſm phy. p° posterioꝝ. pricipia cognoſcim⁹ inq̃tũ tmios cognoſcimus. g̃ pfectiſſime aſſentiť pncipio ex termis eius ante omnẽ habitũ genitũ licet talẽ aſſenſuʒ ſequať habitus ille ⁊ habitus eſt aliquo mõ neceſſari⁹ ad pfectiõem nature noſtre. qꝛ in nobis nõ poſſet manere notitia pncipij aliq⁹ mõ ceſſante illo actu niſi mãeret ille habit⁹ pncipij. ⁊ ita poſt intellectõem pncipij eſſet aliqs adeo in potẽtia eſſentiali ad intellectõnem ſicut prius. Silr põt dici de ſcia ꝯcluſionis que eſt ex pncipijs intellectis ⁊ ꝯcluſiõe illata ex eis p ſylogiſmũ pfectũ qui ex ſe eſt euidẽs. p illã diffinitionẽ ſylogiſmi pfecti pmo prioꝝ. qui. ſ. nullius eget ut appareat neceſſitas eius hoc eſt ut ſit euidenter neceſſariu) ex notitia pncipioꝝ ⁊ euidentia illatõiʒ neceſſario aſſentiť ꝯcluſioni ita ꝙ primũ circa ipſaʒ ꝯcluſionẽ eſt ipſuʒ ſcire. ⁊ ex h° ſequiť ſcientia que eſt habitus concluſionis ⁊ ita non preſupponitur actui perfecto ſed ſequitur.

¶ Sanctus thomas p̃a pte ſũme q. xii ar. viii. et 3 pte eiuſdem q. x ar. 2°

Ad ſecundam queſtioneʒ diciť ꝙ nõ potuit videre oia que videt verbũ qꝛ q̃to cauſa pfectius videť tãto plures effectus poſſunt videri in ea ⁊ ecõuerſo ſicut patet de pncipio ⁊ ꝯclõne. qꝛ q̃to principiũ pfectius videť tãto plures conclões videnť in eo. g̃ potens videre omnes effectus in cã prima põt ꝯprehendere ipam nullus intellect⁹ creatus põt 2ᵐ g̃ nec primũ ¶ Diſtinguiť g̃ õ ſcia dei. qꝛ quedã eſt ſimplicis notitie q̃ eſt reſpectu poſſibiliũ ⁊ actualiũ. ⁊ q̃dã eſt ſcia viſionis que eſt tm̃ reſpectu habentiũ exñtiã in aliqua pte tpis. omnia cognita ſcia viſiõis poniť aĩa xpi cognoſcere in vbo. nõ aũt oia cognita ſcia ſimplicis notitie ¶ Contra rõem hui⁹ põis arguiť ſic. ſi ipſi. a. ꝯueniãt. b. ⁊. c. ordiate ita. ꝙ. b. ſit tota rõ reſpectu. c. ſi intelligẽs. b. nõ ꝯprehendit. a. multomagi intelligẽs. c. nõ ꝯprehendit. a. exᵐ de ſubiecto diffinitõe ⁊ paſſione. ſi intelligẽs diffinitõeʒ non ꝯphendit ſubiectũ neqꝫ intelligẽs paſſionẽ ꝯprehendit illud vel p medio accipiať paſſio põr ⁊ p 2° paſſio remotõr que ineſt per rõnem paſſionis põris pʒ ibi ꝓpõ. ſed reſpectu dei eſſe infinitũ intenſiue ⁊ eſſe in quo iſinita poſſibilia relucẽt ſe habẽt ordinate ita ꝙ qꝛ eſt infinitus intenſiue iõ infinita poſſibilia relucẽt in eo ⁊ ita in infinita poſſibilia poteſt ſed nõ ecõuerſo. ſed cognoſcẽs ipſum ſub ratõe infinitatis intẽſiue non ꝓpter hoc ꝯprehẽdit ipm ex dictis i. q. pcedẽti. g̃ multomagis cognoſcẽs infinita poſſibilia que relucẽt in eo ſiue ei⁹ infinitos effectus non ꝯprehẽdit cuʒ. ¶ Preterea cognoſcẽs vnũ effectũ in verbo nõ ꝯprehẽdit illũ nec verbũ ut eſt cauſa illius g̃ quotcũqꝫ effectus cognoſcat nullũ eoꝝ cõprehendet nec verbũ ut eſt cauſa alicuius eoꝝ igiť multomagis nec ſimpliciter cõprehendet cauſam ſi oẽs effectus eius cognoſcat ¶ Preterea illud exemplũ de ꝯcluſione ⁊ pncipio accipit falſuʒ. cauſa. n. inq̃tũ cauſa nullã pfectiõeʒ accipit a cauſato qꝛ naturaliť eſt põr eo. g̃ cognitio pncipij ut eſt cã cognitiõis cõcluſionis nullo mõ perficiť per cognitõnẽ concluſionis. ¶ Confirmať ratio. accipiatur aliquod pncipiũ ut notũ in aliq° gradu. ⁊ quero vtrũ per ipm poteſt aliqua cõcluſio cognoſci ita ꝙ maneat cognitio principij in intellectu preciſe non aucta aut non. ſi ſic habeť propoſitum. quia cognoſcẽs cõcluſionẽ ex principijs non perfectius cognoſcit principiũ ⁊ ſic de vna concluſiõe ita de quibuſcunqꝫ incluſis in ipſo principio. Si non. g̃ iſtud

principiū ut in hoc gradu cognitū non est principiū q2 respectu nullius conclusionis quod est falsum. ¶ Istud etiā confirmat̃ p phy. pmo posterioz. vbi vult ꝙ opoꝛ3 tm̄ cognoscere de subiecto q̄d est ⁊ rō est q2 in rōne ⁊ quidditate subiecti virtualiter includit̃ tota ratio sciētie nec per ipsam demonstratōem acquirit̃ aliquo mō de subiecto quid est. imo totaliter presupponit̃. sed tantū per demōstratiōem acquirit̃ cognitio passionū inherentiū sibi ⁊ ita erit de cōclōne respectu principij ꝙ cognitio principij totalit̃ presupponit̃ demonstrationi ⁊ in nullo perfectioz acquirit̃ per demonstratiōem ¶ Ad argm̃ ḡ potest dici ꝙ in ipso est fallacia ꝯñtis. licet. n. perfectius cognoscens causa3 possit plura cognoscere qn̄ est causa perfectius representās causata non tm̄ ecōuerso quia potest stare cognitio principij in se non aucta. conclusiōibus pluribus ex ipso elicitis ⁊ ita de causa ⁊ effectibus pluribus cognitis. Cōtra distinctionē illam qua soluitur questio de duplici scientia visionis ⁊ simplicis notitie. arg°. quia intellectus anime xp̄i posset cognoscere in verbo aliquod futurū possibile. ergo non precise ponitur ei terminus in cogniōne eoꝛum que deus nouit scientia visionis. assumptū ꝓbatur quia etia3 verisimile est alias animas visuras in verbo ipsum posse creare aliquid quod non creat etiam distincte. ⁊ ita multomagis hec anima poterit videre aliquod possibile in verbo. Preterea possibile est ut videat in verbo aliquod possibile ⁊ qua ratione vnū ⁊ aliud. ergo ad vitandum infinitatem opoꝛtet aliū terminū prefigere ꝙ includendo actualia ⁊ excludendo possibilia.

Aliter respondetur

ad questionē distinguendo ꝙ intellectus anime christi potuit in verbo vider̃ omnia habitualiter non autem actualiter. Secundū membrū probatur quia vtus infinita nō pōt in plura ꝙ i infinita obā si ergo virtus finita posset in infinita v tus finita equaret̃ virtuti infinite: quod est inconueniens. ḡ ⁊c. ¶ Preterea virt° finita distinctius videt duo ꝙ tria ⁊ tria ꝙ quatuoz. ⁊ sic ascendendo minus distincte videt mille ꝙ centum. ergo in infinitum plura in infinitu3 indistinctius videt ꝙ pautioza. sed in infinitum indistinctius aliquo gradu finito videre est non videre. ergo ⁊c. ¶ Preterea infinitas extensiua presupponit infinitate3 intensiua3 scōm Auerro. de substantia oꝛbis. sed anima christi non potuit habere infinitatem intensiuam cum sit creatura ⁊ quoddam finitum. ergo nec extēsiua3 ad finita obiecta. ¶ Contra istud ⁊ primo contra primā partem positōis de habitu: si intelligatur ꝙ vnus habit° sit ratio intelligendi infinita obiecta h° videtur impossibile: ⁊ hoc sub suis proprijs ratōnibus quia tunc sequeretur talem habitum esse intensiue infinitum sicut probatum est li°. 2°. di. 3. de illo habitu que3 aliqui ponūt in angelis representatiuū quantu3 est de se infinitoꝛum obiectoꝛu3. ¶ Quod si dicas super istū habitum tantū fundari infinitos respectus ad ifinita obiecta ⁊ hoc posset fieri sine infinitate fundamēti. ¶ Cōtra hoc arguitur. quia tunc scōm hoc 2m̄ membru3 contradiceret primo: per hoc eni3 ponitur fundare infinitos respectus ut non sequeretur aliqua infinitas fundamenti in se. ergo a simili non est inconueniens ꝙ aliquis actus sit infinitoꝛum actualiter per infinitos respectus ad infinita ⁊ tamen ꝙ actus non sit in se infinitus. ¶ Illud etiam de respectibus non concludit quia aliqui respectus possunt fundari super idem: ⁊ aliqui non. si eni essent infinite albedines super istam naturam albedinis fundarentur infinite similitudines: quia vnitas ipsa nature q̄ est proxima ratio fundādi similitudinē

q̄tum est de se posset esse infinitis. sed re
latões alicu⁹ ꝑoris eẽntialit̃ non possũt
esse ĩfinite ad posteriora eẽntialit̃ maxi
me qñ illa ꝑoritas est ꝓfectiõis puta effi
cientie vel finalitat̃ qꝛ q̄to aliq̄d simul
potest esse talis cã pluriũ tãto est ꝓfecti⁹
ꝛ ita si põt esse simul infinitoꝝ potest sil̃
esse infinitũ. tales aũt sunt respectus ha
bitus ad obiectũ ut ꝑmo cognitũ. qꝛ ob
iectũ est rõ quare habitus hꝫ ꝑmo esse.
¶ Preterea ꝙ ꝯm mẽbꝝ ꝯdicat ꝑmo. ꝓ°
qꝛ omnis habitus vn⁹ in vno intellectu
potest habere actũ adequatũ: vel actus
adeq̄tos illi habitui vel intellectui in q̊ ẽ
qꝛ omnis cã totalis finita põt intelligi
habere effectũ adequatũ vel effectos ad
equatos ¶ Iste effectus vnus adeq̄tus si
ponat̃ erit vnus oĩm obiectoꝝ. vel effe
ctus plures si ponant̃ qꝛ habitus ponit̃
esse oĩum in actu ꝑmo ꝛ ita actus sc̄dus
erit etiã oĩuꝫ. vel ergo iste habitus est in
finitus: qd̄ est ꝓpositũ ex vna pte. vel ac
tus vnus qui esset infinitoꝝ vel plures
qui essent respectu infinitoꝝ obiectoruꝫ
non esset infinitus vel infiniti qd̄ est ꝓ
positũ ex alia parte. non. n. ex totali cã
finita põt ꝓcedere effectus adeq̄tus infi
nitus vel effectus adequati infiniti.

Tertio modo põt

dici ꝙ aĩa xp̄i actualit̃ videt oĩa in v̄bo
que videt verbũ. qd̄ declarat̃. qꝛ q̄cũqꝫ i
tellectus est receptiuus notitie cuiuscũqꝫ
obiecti qꝛ ẽ toti⁹ entis ꝛ ꝑ ꝯñs ad quod
cũqꝫ intelligibile hꝫ desideriũ nãle. ꝛ si
qd̄cũqꝫ cognosceret in hoc ꝓficeret̃ nãlr
ꝛ sicut dico de notitia illa ita de visione
in v̄bo qꝛ illa est ꝓfectissima notitia pos
sibilis haberi de obiecto. quilibet g̊ itel
lectus est receptiu⁹ cuiuslibet visionis in
verbo. ꝛ hoc loquẽdo diuisim. g̊ ꝛ cõiũc
tim q̄libet intellectus est receptiu⁹ simul
visionũ in v̄bo respectu oĩuꝫ obiectoruꝫ
ꝓbatio ꝯñe. cuicunqꝫ potest quodlibet
inesse si ei possunt simul duo ineẽ quia
non opponunt̃. ꝛ infinita talia sil̃ posse

eidem inesse quia nulla est ratõ ĩpossibi
litatis vel incõpossibilitatis. quodcũqꝫ
eni illoꝝ potest per se inesse ꝛ quodcũqꝫ
cũ quocũqꝫ potest simul inesse quia nõ
opponunt̃. ꝛ quotcunqꝫ simul possũt in
esse quia ex pluralitate inherentiũ non
sequit̃ noua impossibilitas. ꝛ sic sequit̃
ꝓpositũ. sicut. n. visio in verbo respec
tu cuiuscũqꝫ obiecti potest inesse anime
christi: ita ꝛ visiones duoꝝ obiectoꝝ sil̃
quia non repugnãt aliter nõ possꝫ se vi
dere beatã ꝛ aliquid aliud ĩ verbo. ꝛ ita
cũ semper videat se beatã ĩ verbo: nũq̄
posset aliq̄d aliud videre in verbo. nec
quecũqꝫ multitudo ponit nouã impos
sibilitatẽ patet nec nouã oppositiõeꝫ qꝛ
si esset oppositio illa eẽt alicui⁹ ad aliqd̄
¶ Nec ista infinitas est incõpossibilis ĩ
tellectui creato. ꝓbo. quia receptiuũ ꝯꝫ
propriã rõnem receptiui non est in se ꝓ
fectius si sit in actu ꝯm suas potẽtias q̄
si sit in potẽtia respectu actus quod ap
paret quia ipsi actus sunt extra rõneꝫ re
ceptiui. ꝛ patet in exemplo de mã ꝛ for
ma. g̊ intellectus nõ cõcluditur esse ꝓfec
tior si est in actu ꝯm omnes suas poten
tias passiuas q̄ quãdo est in potẽtia ad
illos actus. Sed intellectus est simul in
potẽtia ad infinitas visiones. patet. n. ꝙ
est in potentia ad quencunqꝫ actũ ex na
tura sua ꝛ simul in potentia ad omnes
g̊ si esset in actu ꝯm omnes istos actus
non sequeretur tunc maior infinitas q̄
modo ¶ Qꝫ si dicas ꝙ nõ est capax om
niũ simul. falsuꝫ est quia simul est in po
tentia ad omnes. ergo simul potest ha
bere omnes in actu cum non sit opposi
tio illorum actuuꝫ nec requiratur in re
ceptiuo aliquid sibi repugnans. ¶ Pre
terea sicut dicetur in sequenti questione
si anima christi nouit omnia singularia
in proprio genere hoc est per spẽs prop
as ꝛ ita infinitas. quia singularia pos
sunt esse infinita. non plus autem re
pugnat intellectui infinitas visionum
quam specierum intelligibilium.

quia ꝛ si visiones sint aliquo modo per fectiores speciebus. non tamen requi rũt aliam ratõem receptiui. ¶ Confir mat̃ ista positõ ꝙ etiã hoc sit de facto. p illud Aug. xv. de tri. c. xv. fortassis nõ erunt ibi cogitatões volubiles. qđ licꝫ sit dubiũ de beatis. videtur tamẽ proba bile de ista anima tanꝙ̃ beatissima ꝙ i ea non erunt tales cogitatões. ğ quecũqꝫ nouit habitualiter potest noscere actua liter. ¶ Hoc confirmat̃ qer Damas. lxvii c. dicente ꝙ ista aĩa habuit presentiã fu turoꝝ. ¶ Hec aũt scientia non videt̃ ha bitualis quia futura contingẽtia nõ sũt nata cognosci siue in se siue in verbo ni si intuitiue. ¶ Preterea actus scđus est p fectior actu primo. ꝛ ita esset perfectior si cognosceret se omnia videre ꝙ̃ si habi tualiter cognosceret. ğ oportet ostender̃ impossibilitatẽ hui⁹ ad hoc ꝙ perfectio ista desit isti aĩe. si ergo ratões adducte ad hoc probandũ sunt solubiles. videt̃ ꝙ oppositũ tanꝙ̃ probabilius sit tenen dũ. ¶ Preterea actus glorie non videtur interruptus ꝛ ideo non quandoqꝫ citra vnũ ꝛ qñqꝫ citra aliud.

¶ Potest dici ꝙ conclusio ista possꝫ po ni duobus modis. vno modo ꝙ anima christi haberet vnam visionẽ respectu verbi ut primi obiecti ꝛ omniũ obiecto rũ relucentiũ in verbo ut scđarioꝝ ob iectoꝝ. ad que obiecta scđaria haberet respectus distinctos. nec sequeret̃ infini tos actus fundant respectus hui⁹. quia obiectũ non habet esse in actu. ¶ Alio⁹ possꝫ poni ꝙ respectu cuiuscũqꝫ obiecti est propria visio. ita ꝙ essent simꝉ infini te visiones recepte in actu a v̄bo causãte ꝛ ſm istam viã 2ᵃᵐ oportet ponere aliq̃ infinita. quod videt̃ ꝯdicere multis auc toritatibus pħorum ꝛ sanctoꝝ. ¶ Si primus modus ponit̃ non propter hoc sequitur visionem illã esse formaliter in finitam sicut est visio diuina. ipsa. n. nõ esset cõprehensiua p̄mi obiecti nec neces sario ex perfectione sua esset obiectoꝝ scđarioꝝ. sed posset esse idẽ actus dato ꝙ esset tm̃ primi obiecti sed visio diuina ex perfectione sua est necessario sui ꝛ ali oꝝ. ¶ Sed dato ꝙ posset recipe vnam visionẽ respectu infinitoꝝ vel infinitas visiões. dubiũ est an respectu illius vni⁹ vel illaꝝ pluriũ si sint: possit haber̃ iste intellectus creatus rõem elicitiui. videt̃ ꝙ sic. q2 intellectus elicit intellectõem ut est prior naturaliter intellectione. sꝫ per hoc ꝙ aliqua intellectio est elicita nihil perfectõnis aufert sibi pertinẽtis ad ipꝫ vt est prior naturaliter intellectõne. igit̃ nec per vnam intellectiõem elicitam au fertur sibi potentia eliciendi aliã. ¶ Con firmat̃ quia quãcunqꝫ istaꝝ infinitarũ posset elicere si tunc aliã non eliceret sꝫ licet tunc aliaꝫ eliciat eque perfect⁹ ma net in se inꝙ̃tum est alterius elicitiu⁹. er go potest aliam elicere. ¶ Oppositum videt̃ quia quecunqꝫ virtus actiua fini ta potest habere aliquem effectum ade quatũ intensiue ꝛ extẽsiue plures ita ꝙ plures illis nõ potest simul causare. igit̃ nullus intellectus creatus potest elicere visiones infinitas. ¶ Et tunc ad primaꝫ rationem de prioritate elicitiui ad effec tum esset dicendũ ꝙ aliquod prius po test habere aliqua posteriora vltra que non potest simul. ꝛ ita licet nihil sibi tol latur in se ut est prius per hoc ꝙ causat vnũ posterius nõ tamẽ potest simul qđ cũqꝫ causare.

Sed ista via tertia nõ placet. neqꝫ ꝙ infinita videat elicitiue neqꝫ simul recipiẽdo visiones. s. infini tas infinitoꝝ vel vnam visionem infini toꝝ potest dici ꝙ videt omnia habitua liter nõ tamen actualiter exponẽdo di. hoc modo. ꝙ per aliquẽ actũ videt v̄bũ ꝛ per illum actũ omnia relucẽtia in ver bo sunt sibi p̄ñtia actu primo. ꝛ per hoc habitualit̃ notũ. quia generaliter loquẽ do illud dr̃ habitualit̃ notũ cui⁹ ẽ actus.

primus sufficiēter ostēsiu⁹. non est ergo aliquis vnus habitus in aia illa qui vnica sua rōne ostendat infinita. sed actus quo videt verbū primo est actus pmus quo sibi relucēt omnia que lucēt in vbo ꝛ hoc qꝛ verbū est sibi manifestū ut speculū volūtariū repn̄tans oia. ¶2m. s. ꝙ n̄ actualiter declarat qꝛ experimur ꝙ attentio circa plura obiecta est min⁹ pfecta. ꝛ iō vr̄ ꝙ impossibile sit potentiā finitā pfecta attentiōe videre infinita simul. ¶Preterea si actualiter videret infinita. pfectio illius aie in infinitū excederet pfectionē alterius aie qō vr̄ incōueniens ꝛ per hoc adduci pōt illō Auicē. vi. nā. par. 4. c. 2. ꝙ in sapia creatoris nō est occultatio nisi ſm receptibilia qꝛ licet verbū ut voluntarie oñdens oia sit pn̄s volūtarie illi aie. ipsa tn̄ non pōt simul oia recipe. sed qōlibet sigillatim ꝛ ita potest videre quodcūqꝫ de nūero infinitoꝝ ad quod se conuertit ¶Et si obijciat ꝙ ita pōt quilibet beatus videre quodlibet in vbo non simul ¶Dico ꝙ verbū cuilibꝫ alij beato est speculū repn̄tans determinata vltra que non potest velle ordiate vidē alia sꝫ huic est speculū repn̄tās oia ꝛ ideo ipsa pōt ordinate velle vidē oia quotcūqꝫ infinitoꝝ ad que est in potentia ppinqua ad videndū sicut si esset sibi pn̄tia per ppriū habitū vel p aliquē actū primū cognitiū qui possꝫ dici hit⁹.

Ad argumenta principalia.

¶Ad primū patet quō posset nosce infinita. ¶Ad 2m ꝛ si ille illūiatiōes sint ordiate non tn̄ ſm ordinē naturaꝝ sed grāꝝ ꝛ iō primo huic aie ꝛ ab hac illūiant angeli. ¶Ad ꝯfirmatiōem hui⁹ rōnis dico ꝙ aia q̄tum ad illā actōnem q̄ creatura dr̄ illūiare creaturā potest illumiare angelū sicut econuerso. quia in patria anime beatoꝝ habebunt eundeꝫ modū loquendi quem angeli. ꝛ ideo si alicui aie reuelet prius aliqua veritas in verbo ꝙ angelo poterit illuminare angelū ꝺ illa veritate. sicut angel⁹ posset illūiare aiaꝫ si prius esset reuelata angelo ¶Ad illō de cā ꝛ effectib⁹ ꝛ pportōe cāe ad effect⁹ ꝛ pncipij ad conclōnes pꝫ ex improbatione illius opi.

Ad illa

p 2a opi. ꝙ non possit videre infinita. Ad pmū cū dr̄ ꝙ virtus infinita nō plus posset ꝙ̄ videre infinita. lꝫ sit veꝝ extensiue nō tn̄ est veꝝ intensiue: posset. n. pfecti⁹ videre illa ꝙ̄ aliqua virtus finita qꝛ act⁹ eius esset intēsior ſm pfectōem ꝛ vtuteꝫ maiorē. ¶Ad aliud cū dr̄ ꝙ in infinituꝫ indistinctius videret infinita. potest dici ꝙ videre indistincti⁹ respectu pluriū nō necessario est ex pte intellectus ut receptiu⁹ sed solū ut elicitiu⁹. posset. n. recipe visiones eque distictas pluriū sicut paucoꝝ. ꝛ ita si rō valeret ꝯcluderet solū ꝙ intellectus nō possit esse elicitiu⁹ respcū infinitaꝝ visionū. sed potest dici ꝙ nec hoc cōcludit. qꝛ ꝛ si de facto intellectus noster indistincti⁹ intelligat pla ꝙ̄ pauca. hoc tn̄ nō necessario ꝯuenit sibi ꝺ rōne sua q̄ intellectus est por actu elicito sed ex aliq̄ ꝯcomitāte qō non est necesse ponere i intellectu xpi. ¶Ad 3m īfinitas extēsiua ad aliq̄ ut ad formas recipiēdas nō ꝯcludit infinitā entitatē receptiui. sic pꝫ de mā si eēt receptia īfinitaꝝ formaꝝ imo mag ꝯcludit ipfectōeꝫ. sed infinitas extēsiua ad aliq̄ ut ad effect⁹ sil' cābiles ꝯcludit infinitatē intēsiuā eo ꝙ tal' plalitas ꝯcludit maiorē pfectōneꝫ i eo qō ad pla se extēdit. nō ita de receptio. si tn̄ itellect⁹ ponit elicitiu⁹ infinitoꝝ. dico ꝙ nec illa infinitas extēsiua ꝯcludit infinitatē itēsiuā inte⁹. sꝫ obi qꝛ obm̄ ē cā pncipal' actia respcū illaꝝ visionū ꝛ n̄ intellect⁹

Tertio queritur

vtꝝ aia xp̄i nouerit oia in genere ppo. ꝛ argr̄ ꝙ nō. Luc. 2. Jhesus pficiebat etate ꝛ sapia corā deo ꝛ hoībus ꝙ si exponat ꝙ pfecit ſm apparentiā ꝯ hoc est Amb⁹. 4. de. s. s. ꝛ ponit i littera

vbi ipse concludit fuisse aliquē aliū sensuz q̄ diuinū. q2 ſm aliquē sensuz ꝑfecit non aūt ſm diuinū. sed hec ꝓbatō nihil valeret si deberet intelligi solū ō ꝑfectu ſm apparentiā. q2 etiā ſm intellectū diuinū posset plus oñdere de sapia. ¶ Preterea ad hebre. ꝑmo didicit ex his que passus est obedientiā. ¶ Preterea fuit viator. igit̄ habuit cognitōem ꝯpetentē viatori. illa autē ſm q̄ determiat phy. ꝑ° metha. ⁊ 2° posterioꝝ in fine est ex multis actibus. g̊ ⁊c̄. ¶ Preterea fuit rōnalis igit̄ potuit in actū ꝯpetentē rōali ut rōale talis est discurrere a notis ad ignota. ⁊ ita ꝑ notitiā taliū ignotoꝝ discurrendo potuit discere aliq̄d nouū ¶ Contra nullā ignorantiā habuit ſm mgr̄m q̄a non expediebat nobis xp̄z assumere defectū illum ¶ Preterea angeli nouerūt omnia in genere ꝓprio. g̊ multomagis oia ista que ut superius dictū est fuit ꝑfecta summa pfectōe supnāli. ⁊ pari rōne summa pfectōe nāli.

Thomas ... ... q. xi et xii

Hic distinguitur.

de cognitōe infusa ⁊ acq̄sita. ⁊ q̄tuz ad primā nouit oia ꝑ aliq̄ infusa. puta per spēs intelligibiles a deo infusas. ⁊ q̄ ad hoc nō potuit pficere. sed q̄tū ad cognitionē acq̄sitā potuit ꝑficere qd̄ ꝓbat̄ q2 habuit itellectū agentē ⁊ possibilē sicut ⁊ nos quoꝝ opatio ꝓpria est abstrahere hi° spēs intelligibiles ⁊ illas recipe. igr̄ i h° poterāt ille potētie in xp̄o. spēs āt intelligibil' vel est scia obiecti vel est ꝑnci^m necessariū sciēdi. ¶ Cōtra ꝯclonem argr̄ ex dictis opinant̄ q2 ſm eū duo accn̄tia eiusdē spēi nō pn̄t esse simul in eodē. sed cognitio infusa ⁊ acq̄sita rei in ꝓprio genere sr̄ eiusdē spēi. ¶ Et si dicat̄ q̄ pn̄t distigui spē sicut matutina ⁊ vespertina.

¶ Contra. ille cognitōes si ſm ꝓpriā rōez obi ut. s. est pn̄s in se ⁊ in verbo sint due cognitōes vespertina. s. ⁊ matutina acq̄sita ⁊ infusa dicun̄t hr̄e idē obiectū ⁊ so^m differūt penes cās efficiētes. sicut hō creatus ⁊ genitus nāliter. s3 talis di. cāꝝ ñ distiguit cognitōem formalr̄ ſm Aug. ad deo grās. ⁊ Amb°. de incarna. dispitas ortus nō facit di. n^c. ut p3 de adaz et nobis. ¶ Preterea cōtra ꝯclōem in se. et si due cognitōes eiusdē spēi pn̄t sil' eē in eodē. nō tn̄ due pfecte eiusdē obi ⁊ ꝫ eā dē rōnem q2 aut vtraq3 illaꝝ cognoscit obm̄ pfecte q̄tū est cognoscibile ⁊ tūc altera supfluit aut nō. ⁊ tunc neutra est ꝑfecta. ¶ Cōtra rōem q2 tūc beatus cū habeat intellectū agentē ⁊ possibilez potit tunc acq̄rere sciaz: ⁊ po^a augmentatia ⁊ alie pō^c q̄ erūt in btis eiusdē rōis cū nr̄is poterūt hr̄e act° suos ita ⁊ adā in statu inocētie potuit augmētari. ¶ Ex his istā tijs ⁊ ꝯsilib° p3 q̄ hec ꝓpō est falsa. po^e pfecte in q̄cūq3 pn̄t in act°suos. h°. n. so^m est veꝝ de impfecto q2 est in pō ad tmi nos actionū illaꝝ potētiaꝝ. s3 si ab aliq̄ agēte ꝑueniente illas potētias iducti sr̄ termi ad q̄s pn̄t esse actōes istaꝝ pōꝝ ñ poterūt agere ad illos termios nō ꝓpt̄ ipfectōem sui. sed ꝓpt̄ pōnez termi ab a° nec ꝓpt̄ hoc sunt negāde eē in nā q2 sūt simplr̄ pfectiōes nāe siue ille hēat tmios ab illis siue aliūde. ¶ Si ponēt alia opi. q̄ hec aia nouit oia in hitu mō q̄ ponit habitus in angelo ut sufficiēs rō ad cognoscēdū oia hitualr̄ ita iprobat̄ hec opi. ō aia xp̄i sic iprobata est de angelis i 2°. Henricus quodl. ... q. ...

Ad questionem potest dici q̄

duplex est cognitio. s. abstractiua ⁊ intuitiua. que di. ꝓbata fuit i 2°. li. ⁊ vtraq3 cognitōe pōt ꝯgnosci tā nā ut ꝑcedit singularitatē q̄ singulare ut hoc. ¶ De cognitōe abstractiua que. s. est obiecti siue singularis siue vniuersalis potest dici q̄ illa aia nouit oia vniuersalia siue q̄dditates habitualiter per spēs infusas quia cum illa notitia sit perfectionis in intellectu creeato. eo q̄ sit passiuus respectu cuiuscūq3 obiecti intelligibilis. q2 nō h3 in se pfectiōez oium intelligibiliū ⁊ carē

perfectione sibi possibili respectu alic⁹
obiecti sit imꝑfectōis in intellectu. videt̄
ꝓbabile attribuere huic intellectui ꝑfec
tionē respectu omnis intelligibilis q̄lis
attribuit̄ angelis cum nec illa repugnet
intellectui creato nec sit imꝑfectio in eo
nec etiā incōpossibilis cognitiōi in v̄bo
que ponit̄ ꝯpetere huic aīe. q₂ ꝼ₃ Aug.
4. sup Geñ. simul stant cognitio in v̄bo
⁊ cognitio in proprio genere ¶ Sed hoc
modo. s. abstractiue ⁊ habitualiter. vel
non nouit omnia singularia sub ꝓp̄is
rōnibus. puta si non habet spēs infusas
nisi quidditatū quia ille non sunt rōnes
cognoscendi singularia sub ꝓpꝛijs rōni
bus. sicut. n. vniuersale non dicit totā
entitatē singl'ariū sic nec cognoscibilita·
tē. ⁊ ita quod est ꝓpꝛa rō cognoscendi
vniuersale non est ꝓpa rō cognoscendi
ꝓpꝛie ⁊ distincte singulare. vel si ponit̄
cognoscē habitualiter ⁊ abstractiue sin
gularia q̄tum sunt cognoscibilia ab itel
lectu creato. ꝓcedendū est cuiuslibet sin
gularis ꝓpꝛiā esse spēz in intellectu illo
⁊ ita plures spēs eiusdē spēi. ⁊ etiā infini
tas spēs infinitoꝝ singulariū possibiliū
¶ Qꝛ si alicui non vr̄ attribuēda huic aīe
ꝯfusa cognitio nec distincta infinitoꝝ
siue per spēs infinitas siue finitas potest
dici ꝙ hec aīa nouit habitualit̄ ⁊ abstra
ctiue aliqua singularia per ꝓpꝛias spēs
infusas. ⁊ aliqua non nouit habitualit̄
pōt tñ noscere illa habitualiter si illa si
ant in exñtia reali eo mō quo dictū fuit
2° li. ꝙ angelus pōt acquirere notitiā ali
quoꝝ obiectoꝝ ꝑ actōem illoꝝ in intel
lectu suo. nec tñ oꝫ ponere aīam illā nos
cere actualiter q̄dditates nec singularia
quia notitia actualis in genere ꝓpꝛio ē
ꝼm virtutē naturalē ipsius intellectus ī
se. non aūt pōt intellectus finitus ad q̄·
cūq₃ obiecta simul distincte ꝑcipiēda cō
uerti virtute nāli ¶ Loquēdo tñ de cog
nitione intuitiua que est de natura vel
de singulari ut ꝯcernit actualē exñtiā.
¶ Dico ꝙ illa est vel perfecta qualis est de
obiecto ut presentialiter existens. vel im
ꝑfecta qualis est opi. de futuro vel mēo
ria de preterito. hoc mō non nouit oīa
etiā habitualiter in genere ꝓpꝛio q₂ ob
iectū illo modo nō est cognoscibile nisi
ut presens in se. vel in aliquo in quo ha
beat esse ꝑfectius q̄ in se. sed cognoscere
isto modo non est cognoscere in genere
proprio. non. n. esꝫ nata sic cognosci ses
sio petri nisi esset presens in se. ⁊ ideo
cū multa obiecta non fuerit nec esse po·
tuerit presentia illi intellectui ꝼm exñtiā
actualē illoꝝ non potuit habere notitiā
intuitiuā ¶ Et si dicat̄ ꝙ potuit hāc ha
bere per spēs infusas. Hoc falsum est. tū
q₂ spēs infusa repñtat obiectū ut abstra
hit ab actuali exñtia q₂ eodē modo rep̄
sentat siue obiectum existat siue nō exi·
stat ⁊ per ꝯñs non est ratio cognoscendi
exñs ut exñs ¶ Tum q₂ veritates cogno·
scibiles cognitōe intuitiua de exñtibus
ut existentia sunt. s. veritates contingen
tes non possunt cognosci per spēs quas·
cunq₃ innatas quia ex cognitione termi
noꝝ non potest cognosci veritas ꝯplex
oꝝ contingentiū de illis terminis quia
illarum ꝯplexionū veritas non includit̄
in terminis. oportet igitur propter veri·
tates contingentes que sunt de existenti
bus ut existentia sunt cognoscēdas. ha·
bere aliqua obiecta in se presētia ut pos
sint in se intuitiue cognosci ⁊ videri. et
hoc non potest fieri in proprio gener̄ ni·
si ipsis rebus in se scđm suam existentiā
presentibus ⁊ ita illa cognitio intuitiua
in genere ꝓpꝛio actualis vel habitualis
non potest dari illi anime de omnibus
bito pati q̄ mortē. igit xp̄us homo qui
maior erat omibus sub deo per morteꝫ
quā nō debuit pati satisfacere debuit.
¶ Hoc idem pꝫ. c. 14. secundi li. s. ꝙ mors
sufficit ꝓ omibus. vbi approbat respon
sionē discipuli di. ipm recte existimare i
hoc ꝙ dicit se malle infinitos mūdos si
essent redigi in nihil: q̄ offendere deum
⁊ potius deberet se velle magis oia pec-
cata que sunt ⁊ fuerūt ꝑmittere cadē su-
per se: q̄ hominē xp̄m occidere. ⁊ cōclu-
dit sic Ans. videm⁹ hoc ꝙ violationi vi
te corporalis huius homis nulla immē
sitas vel multitudo peccatoꝝ extra per-
sonā dei cōparari valet. hec Ans. quia
igit fuit tam nobilis vita eius: mors ei⁹
fuit multum accepta deo: vt per illaꝫ sa
tisfacere possꝫ. hec veraciter vt potui ex
dictis eius collegi.

In istis dictis Ans. vi-
dent ali-
qua dubia. Primo eni ipsa conclusio in
se videt dubia. cum velit ꝙ redemptio
non possit esse nisi per mortē christi. ⁊ ꝑ
aliquid sponte oblatū excedens omneꝫ

creaturam. ꝑmo probo ꝙ aliter potuit
homo redimi q̄ ꝑ morte͞ christi. Aug⁹.
13. de tri. c. x. Alius mod⁹ redimendi ho
mine͞ deo non defuit. eius eni potestati
cuncta subiacent. no͞ ergo fuit necessitas
in conclusione. ¶ Preterea. no͞ est aliqua
necessitas ꝙ xp̄us homo redimat hoie͞
per morte͞ nisi necessitas ꝯseque͞tie. s. po
sito ꝙ ordinauerit sic illu͞ redimere. sic͞
si curro moueor. hec est necessitas ꝯn̄ie.
sed an̄s est simpl'r co͞tingens. ⁊ similiter
ꝯn̄s. s. me currere ⁊ me moueri. sil'r chri
stum pati morte͞ fuit co͞tingens sicut co͞
tingens fuit ip̄m preuideri passuꝝ. nul-
la est ergo necessitas nisi ꝯn̄ie. s. si preui-
sus fuit pati patiet. sꝫ tam an̄s q̄ ꝯn̄s fu-
it co͞tingens. ¶ Preterea. nulla est necessi
tas genus humanu͞ reparari. igitur nec
xp̄m pati. ꝯn̄a de se patet. an̄s ꝓbatur.
quia si sic: hoc no͞ est nisi quia homines
predestinati sunt ad gl'iam. ⁊ lapsi non
possunt intrare nisi per satisfactione͞. sꝫ
modo ita est ꝙ predestinatio homis co͞-
tingens est ⁊ no͞ necessaria. sicut eni de⁹
ab eterno contingent' ꝑdestinauit hoie͞
⁊ non necessario: q2 nihil necessario ope
ratur respectu aliquoꝝ extra se ordina͞-
do illa ad bonu͞. sic potuit non predesti-
nasse. nec est inco͞ueniens hominem fru
strari a beatitudine. nisi presupposita ꝑ
destinatione hominis. igitur nulla fuit
redemptoͤnis eius necessitas. sicut nec ꝑ
destinationis eius.

Contra ea q̄ dicun

tur in 2° articulo. an homo possit recon
ciliari sine satisfactoͤne tanget in. 4. c. de
penite͞tia. sed dato ꝙ satisfactio requira
tur. no͞ tame͞ requirit necessario ꝙ satis-
faciens sit deus. nec hoc ꝓbatur. ⁊ qn̄ in
3° articulo dicit ꝙ no͞ satisfacit quis deo
nisi offerat deo aliquid maius formal'r
q̄ pro quo peccare non debuit quod est
maius tota creatura. credo salua reue-
re͞tia sua ꝙ hoc no͞ est veru͞. no͞ eni opor-
tuit satisfactione͞ pro peccato ꝑmi hois

excedere tota͞ creatura͞ formalit' in ma-
gnitudine ⁊ perfectoͤne. suffecisset enim
obtulisse deo maius bonu͞ q̄ fuerit ma-
lum illius homis peccantis. Un̄ si Ada͞
per gratia͞ data͞ ⁊ charitatem habuisset
vnu͞ vel multos actus diligendi deu͞ ꝓp
ter se ex maiori conatu li. ar. q̄ fuit cona
tus in peccando. talis dilectio suffecisset
pro peccato suo remitte͞do. ⁊ fuissꝫ satis-
factu͞. ⁊ tunc ꝓpositio illa est falsa ꝙ de-
buit offerre deo aliquid maius omni eo
pro quo peccare no͞ debuerat. sꝫ sicut ꝓ
amore creature vt obiecti diligibilis no͞
debuit peccare: ita satisfaciendo debuit
offerre deo aliquid maius attige͞do per
actum obiectiue q̄ sit creatura. s. amore͞
attingente͞ deu͞ ꝓpter se. ⁊ ille amor ob-
iectiue vt terminat in deu͞ excedit amo-
rem creature sicut deus creatura͞. Un̄ si
cut peccauit ꝑ amore͞ ignobilioris obiec
ti in infinitu͞. ita debuit satisface͞ ꝑ amo
rem nobilioris in infinitu͞. ⁊ hoc suffecis
set salte͞ de possibili. ¶ Dico igit' ꝙ amor
que͞ offerre debet satisfacie͞do debꝫ exce-
dere amore͞ cuiuscu͞qꝫ creature. qd̄ veꝝ
est. ⁊ diligere obiectu͞ nobilius satisfacie͞
do q̄ dilexerit peccando. tame͞ ille actus
quo ꝯuertor ad deu͞ ꝑ amore͞ in sua for-
mali roͤne no͞ est maior omni creatura.
nec etia͞ amor xp̄i creat⁹ quo dilexit deu͞
fuit talis. Un̄ ip̄e vult oio infinitate͞ hi͞e
vbi no͞ est ex formali roͤne rei.

Contra illud quod

dicit in 3° articulo ꝙ nullus nisi homo
debuit satisface͞. hoc non videt' absolute
necessariu͞. quia vn⁹ q̄ no͞ est debitor ꝑt
satisface͞ ꝓ alio. sic͞ ꝓ alio orare. Un̄ sic͞
xp̄s ho͞ innoce͞s no͞ debitor satisfecit. sic
si placuisset deo potuit vn⁹ bon⁹ angel⁹
satisfecisse: offere͞do aliq̄d placitu͞ deo ꝓ
nobis qd̄ ip̄e acceptasset ꝓ oibus pecca-
tis. q2 tm̄ valet omne creatu͞ oblatu͞ pro
q̄to deus acceptat illud ⁊ no͞ plus sicut
supra dictu͞ est. ¶ Preterea. vnus purus
ho͞ potuisset satisface͞ ꝓ oibus si fuisset

ꝯceptus sine peccato sicut potuisset fieri sine operatõne spũs sancti ꝛ mr̃is. sicut fuit xp̃s. ꝛ deꝰ dedisset sibi summã gr̃az quã potuisset recipe sicut dedit xp̃o sine meritis p̃cedentibus ex liberalitate sua. talis eni potuisset mereri deletionẽ pcc̃i sicut ꝛ beatitudinẽ. Et cum dicit ꝙ tunc obligaremur ei tantũ q̃tum deo. falsuz est. imo simplr̃ deo. q: totũ qđ ille habe ret erat a deo. obligaremur tñ multum sibi. sic obligamur beate virgini. ꝛ alĳs sanctis q̃ meruerũt ꝓ nobis. semp tñ fi naliter ꝛ sũme deo tanq̃ ei a quo alioꝝ bona ꝓcedũt. ¶ Preterea videt de possi bili. dico ꝙ q̃libet põt satisfacẽ ꝓ se. q: si data fuisset cuilibet homi p̃ma gr̃a sine meritis sicut mõ licet q̃libet sit filius ire cuilibet tñ dat p̃mã gr̃am sine merit̃ ꝓ prĳs. ꝛ tũc meret̃ beatitudinẽ. igit̃ potu it etiã meruisse deletionẽ culpe.

Tũc ad questionẽ

dico. ꝙ omia hꝰmõi que facta sũt a xp̃o circa redemptionẽ nr̃az nõ fuerũt neces saria nisi p̃supposita ordinatõe diuina. que sic ordinauit fieri. ꝛ tũc necessariuz fuit xp̃m pati. sed tñ totũ fuit ꝯtingens: ꝛ añs ꝛ ꝯñs. Unde credẽdũ est ꝙ ille hõ passus est ꝓpter iusticiã. vidit eni mala iudeoꝝ que fecerãt: ꝛ q̃uo inordiata af fectione ꝛ distorta afficiebant̃ ad legem suã. nec ꝑmittebant homies curari i sab bato. ꝛ tñ extrahebant ouẽ vel bouẽ de puteo in sabbato. ꝛ multa alia. Christus igit̃ volens eos ab errore illo reuocare p opera ꝛ sermones: maluit mori q̃ tacẽ. q: tũc erat veritas dicenda iudeis. et iõ ꝓ iusticia mortuꝰ est. tñ de facto sui gr̃a passionẽ suã ordinauit ꝛ obtulit pr̃i ꝓ nobis. ꝛ ideo multũ tenemur ei. exq̃ eni aliter potuisset hõ redimi. ꝛ tñ ex sua li bera voluntate sic redemit: multũ ei te nemur. ꝛ amplius q̃ si sic necessario ꝛ ñ aliter potuissemꝰ fuisse redempti. iõ ad alliciendũ nos ad amorẽ suũ: vt credo: hoc p̃cipue fecit. ꝛ q: voluit hoiem am plius teneri deo. sicut si aliq̃s genuisset p̃mo hominẽ ꝛ postea instruxisset eũ in disciplina ꝛ sanctitate. amplius obliga retur ei q̃ si tm̃ genuisset euz: ꝛ alius in struxisset. ꝛ hec est congruitas nõ neces sitas. Si aũt volumus saluare Ansl. di camus ꝙ omẽs rõnes sue ꝓcedunt sup posita ordinatõne diuina que sic ordia uit hominẽ redimi. ꝛ sic videt̃ ꝓcedere ita ꝙ deus ex p̃ordinatione non voluit acceptare pro redemptione hominum: nisi mortem filĳ sui. nulla tamen necessi tas fuit. Unde in psal. Copiosa apud eũ redemptio.

Ad primum princi

pale s̃m Aplm. i. ad Cor. Nunq̃ ange los apprehendit sed semẽ Abrahe. tunc dico ꝙ argumẽtũ illud est bonũ sic mo rale ꝯtra illos qui ponũt angelos singu los in singulis speciebus. sed hoc credo falsũ. ideo nõ cecidit aliqua species ange lica tota. licet forte de qualibet specie ce ciderit aliquis. tũc teneo illam responsi onẽ. ꝙ quia tota species humana cecidit ideo magis debuit reparari. ¶ Alia etiaz responsio ibi data sumit̃ ab Ansl. iõ põt etiã valere. quia homo peccauit sugge stione diaboli que fuit alterius rõnis. et suggestione vxoris. ꝛ forte nõ ita efficaci ter fecit angelus. quia licet aliqua temp tatio fuit alĳs ruina luciferi. tamẽ ñ ita efficax sicut homis a diabolo. ¶ Ad 2m cõcedo absolute ꝙ per bonũ velle potu it satisfecisse. sed tamẽ aliter voluit. ¶ Et cũ dicis ꝙ actus sunt laudabiliores pas sionibꝰ. dico ꝙ verũ est loquẽdo de actu virtutis que distinguit̃ cõtra passionez que nõ accidit ex virtute. ꝛ sic loquitur phs. tamẽ passiones penales ꝛ maxime mors quando est ex actu virtutis accep ta separatim est laudabilior q̃ actus vir tutis circa delectabile. Unde actus vir tutis circa tristabile est magis meritoriꝰ q̃ actus virtutis circa delectabile. ꝛ pas siones voluntarie comitãtes actum vir

tutis simul accepte sunt magis meritorie q̄ actus tantū. Unde Saluator d̄ Paulo dixit. Ostendā ei quanta oporteat eū pati. non dixit quāta oportuit eum agē. Ergo xp̄us voluit sic pati p̄cessit ex amore intenso finis ꝛ nostri quo dilexit nos ꝑpter deū. ¶ Ad aliud cum dicitur q̄ minima lesio istius persone fuit maius malum q̄ omia peccata. hoc ꝓbat propositū. s. q̄ aliter potuisset redimē q̄ per mortez. Dico tamē q̄ lesio illa valuisset tantū pro quanto fuisset accepta. ¶ Ad aliud dico q̄ peccatū occidentiū christū potuit redimi. tamē Ans. dicit. 15. c. 2. q̄ non potuerunt eum sciēter occidisse. hoc tū non credo. sed credo q̄ licet sciuissent eum deum per vnionem adhuc potuissent eum occidisse. ꝛ si hoc fecissent: adhuc eorum peccatum fuisset remediabile per passionē christi. quia plus dilexit deus illā passionem acceptando: q̄ odisset eorum malum. vnde non potuerunt habere actum tam difformem in malitia: sicut fuit bonus bonitati morali actus voluntatis quo christus voluit pati. quia actus ille habuit bonitatez non solum ex potentia volitiua sed ex sūma charitate qua voluit mori. ꝛ aliq mo ex illa persona. sed actus aliorū malus nō habuit tantā malitiā ex habitu precedēte de ordinato. Et qd̄ apostolus dicit q̄ si cognouissent nunquā dominū glorie crucifixissent loquit nō de iudeis: sed de principibus mundi. s. de demonibus. q2 si sciuissent eum esse verū deū non instigassent homines ad eius mortē. et hoc ꝑpter bonū secuturū ex morte. s. redemptionē homis. qd̄ bonū nolebant accidere. Unde primo quando ignorauerūt hoc instigauerūt iudeos ad mortē. postq̄ vero sciuerūt ip̄m esse verū deū: persuaserūt contrariū. vnde vxor Pylati misit ad eum dicē. Nihil tibi ꝛ iusto illi multa eniz passa sum ista nocte in visu propter eum. bene tamen voluissent ipsum mori sine redemptōne humani generis si fieri potuisset.

Post predicta

considerandū est circa il. d. 21. di. in qua magister agit de statu christi in morte. et de consequētibus corpus christi post separationē anime. ¶ Querit vnū. vtrū s. corpus christi fuisset putrefactum si resurrectio nō fuisset accelerata: q̄ sic. natura non incipit motum quē terminare non potest 2° metha. ꝛ. 6° phisi. in fine. terminus autē corruptōnis mixti viuētis est putrefactio ƀm phm. 4° methau. sed natura incipit illam in separatōe aie a corpore. illa enim separatio est inchoatio ad putrefactionē ꝛ resolutionē in elementa. sicut patet i aliis hominibus. ergo videt q̄ corpus fuissz putrefactū si resurrectio nō fuisset accelerata. ¶ Preterea christus assumpsit passiones nature humane viuentis. ƀm Damas. 66. Totum hominem ꝛ omnia que sunt homis assumpsit preter peccatuz. s. esuriem: sitim laborem: dolorem: lachrymas. corruptionem mortis: agoniam: timorem: ꝛ talia: que vniuersaliter insūt homini. omnia enim assumpsit vt omnia sanctificaret. hec ille. igitur per eandem ratōnem assumpsit passiōes i nature mortue. que naturaliter omibus insunt. talis passio est putrefactio ꝛ resolutio. ergo. ¶ Contra in psal. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Ad questōnem illā

respondet. h. quolibet. 12. q. 12. di. q̄ aliquid est futuruz quo ad causas naturales si non prohiberet. sed dimittitur sue causalitati. qd̄ tamē nō est futurum. nec euenire poterit ꝑpter causā superiorem prohibentem causas naturales inferiores suā causalitatē exercere. Et ideo simpliciter illud dicendū est esse futurū qd̄ est futuꝝ ƀm cām supiorē vincentē. non aūt q̄ esset futurum ƀm cās inferiores si

Ruffo henrici quodlibeto 12 questione xii

sue causalitati relinquerent. Exemplu₃
de hoc ponit Ysaie. 38. de Ezechia cui
Ysaias nunciauit mortẽ. ⁊ mortuus fu-
isset nãliter ꝫm causas inferiores. sed tñ
deus ab eterno vidit orõnem suã ⁊ de-
uotionem ⁊ lachrymas. ideo prohibuit
causalitatẽ causaꝝ inferiorũ. ⁊ vltra ter
minũ nãlem addidit sibi. 15. annos. vt
patet vbi ŝ sic dicũt in ꝓposito: ⁊ totu₃
bene vsq₃ huc ꝙ corpus xpi i morte fu-
isset putrefactũ quantũ ẽ ex parte causa
rũ inferioꝝ nãlium si nõ fuisset ꝓhibi-
te. quia habuit causã intrinsecã resolu-
tionis sc₃ calorem ⁊ humorẽ. ⁊ extrinse-
cam. sicut alia corpora sc₃ calorẽ frigus
⁊ talia: quaꝝ causalitatẽ ꝓhibuit deus
⁊ ꝓhibuisset etiã si corpus illud nõ fuis
set viuificatum vsq₃ ad generalẽ r̃surre-
ctionẽ. ⁊ quia illud dicendũ est esse sim-
pliciter futuꝝ quod futuꝝ ẽ ꝫm causas
supiores vincentes causalitatem inferio
rum cãꝝ quantum in eis esset. ideo sim
pliciter dicendũ est ꝙ illud corp' nunq̃
fuisset putrefactũ. ⁊ ꝫm illam viã tenen-
dum est ⁊ vere ꝙ etiã illa sũt simplicit̃
possibilia que sũt possibilia ꝫm causa₃
superiorem non autem que ꝫm inferio-
rem: nisi ꝫm quid vsq₃ huc bene dictu₃
est. ¶ Sed vltra quomodo fuisset cor-
pus illud preseruatũ a corruptione ⁊ re-
solutione in elemẽta: dicit ꝙ per miracu
lum nõ quidẽ nouũ. sed antiquum quo
sc₃ illud corp' xpi fuit vnitũ ꝑmo v̓bo i
dissolubiliter ꝫm Damas. li. 3. c. 3. vł. 49
ꝫm aliã cotationem. ¶ Contra probo ꝙ
hoc fuit nouo miraculo. quia naturalit̃
actiuo approxiato nãliter passiuo non
impeditis per causã nãlem impedientẽ:
actiuũ naturaliter agit in passiuũ. ⁊ pas
siuũ nãliter patitur: ⁊ si impediatur ei'
actio ꝑ cãm supernãle₃. hoc erit ꝑ mira
culũ nouũ sicut patet de igne trinũ pue
roꝝ in Daniel. sed corpus xpi in morte
fuit nãliter passibile ⁊ resolubile. quia
nõ fuit gloriosũ. ꝯstat. nec illa vnguen-
ta sc₃ mirra ⁊ aloes ꝓhibuissent sꝑ re-
solutionẽ. qui aliqñ alteratiõ fuisset in-
choata ⁊ termiata licet nõ ita cito sicͣ si
non fuisset corpus illud vnctũ ⁊ habu-
isset sibi approximatũ actiuum nãle in
trinsecũ ⁊ extrinsecum nõ impedita per
alia₃ causã superiorẽ. igitur si corp' illõ
nõ fuisset aliqñ resolutu₃ hoc fuiss₃ no-
uo miraculo. ¶ Sed dices ꝙ argumen-
tum bene probat ꝙ per miraculũ sed ñ
per nouũ. ¶ Contra. verbũ antiquo mi-
raculo quo ꝑmo sibi vniuit corp' illud
nõ impediuit passionẽ corporis sui aia
ti. quia stante illo miraculo corp' illud
patit̃ clauationem. lanceatõem. ⁊ mor-
tem. imo si impediuisset illius passibili-
tatem exquo corp' erat passibile. hoc fu
isset necessario nouo miraculo. exquo
per antiquũ nõ fuit prohibitũ. g̊ eodem
modo si prohibuisset sic ꝓhibuit reso-
lutionem corpis sui exquo fuit resolubi
le. hoc fuit nouo miraculo nõ antiquo
¶ Preterea duplex est processus nature
vnus quo ab imperfecto tẽdit ⁊ proficis
in ꝑfectum. ⁊ hec est via generationis.
alius quo a perfecto deficit ⁊ tendit in
imperfectũ. ⁊ hec ẽ viꝫ corruptõnis. in
ꝑmo ꝓcessu patet ꝙ in seminalit̃ gñatis
nã incipit a semine. ⁊ alterando inducit
sanguinẽ. ⁊ vltra per alterationes ducit
sanguinẽ in carnem ⁊ ossa. ⁊ hoc in or-
ganizationẽ ⁊ figuram ꝯuenientem aie.
¶ Si ergo xp̃s vniuisset sibi nã₃. ita ꝙ na
tura habuisset cursũ suũ sc₃ ꝙ ꝑmo vni
uisset sibi sanguinẽ. ⁊ mediante sangui-
ne successiue carnem. ⁊ mediante carne
carnẽ organizatam. si sic fecisset tũc nõ
impediuisset cursũ nature successiuũ ni
si per nouũ miraculũ aliud ab illo quo
primo vniuit sibi sanguinem. quia illo
stante potuit natura habere cursũ suũ.
ideo si cursus impediret hoc esset nec̃io
nouo miraculo. eodẽ mõ oportet dicere
de ꝓcessu naturali defectiuo. quia non
obstante ꝑmo miraculo quo corpus fu
it vnitum verbo fuisset corpus natura-
liter putrefactũ nisi alio miraculo fuiss₃

¶ Preterea diuinitas in carne viua non phibuisset fluxuz carnis per sudores et labores nõ obstante prima vnione: nisi fecisset nouũ miraculũ. igit nec resolutõnem corpis mortui nisi in nouo miraculo. Nec dictũ Damas. facit p eo. nõ eni loquit de vnione corpis ad suppositũ. sed vnione duaꝝ naturaꝝ in supposito qd expsse patet p verba sua. dicit eni sic in translatõne Licoñ. inuertibilit et inalterabiliter vnite sibiinuicẽ nature. neqꝫ natura diuina exeũte a ppria simplicitate. neqꝫ vtiqꝫ hũana vertẽte in diuinitatis naturã. illa igit aduerbia inalterabilit et inuertibilit nõ referunt ad corp9 et suppositũ sed ad istas duas naturas. qr vult q neutra versa est in aliã. sꝫ mãserũt distincte in supposito. Si eni refertur ad idepositionẽ nature a supposito: ita q nunq dimiserit qd assũpsit. et hoc per antiquũ miraculũ. tũc antiquo miraculo semp cõseruasset vnionẽ partiũ nature hũane. s. anie cuz corpe. et si vnq fuerũt separata sicut fuerũt: tũc oportet dicere q nouo miraculo fuit mortuus. ex quo eni antiquo miraculo si nõ superuenisset aliud semp fuissent ptes inter se vnite sicut fuerũt in verbo: sequitur ex quo fuerunt sepate q hoc fuit nouo miraculo.

Tunc dico cuz eo

in pmo: nõ aũt in 2°. Sed nouo miraculo fuit corpus preseruatũ a putrefactõe. ita q alia volitione fm rõnez voluit corpus vniri verbo. et alia corpus pseruari a resolutõe impediẽdo actões causaꝝ naturaliũ. et nõ ponit aliud p miraculo nisi alia volitio fm aliã et aliã rõnem respectu diuersoꝝ obiectoꝝ. et fm illã viã plus valet rõ beati Petri qua probauit corpus eius nõ esse putrefactũ. qr ita cito accelerauit resurrectionẽ. ¶ Quantũ aũt ad depositionẽ p verbo Damas. dico q xps nunq aliquã pncipaliũ ptiuz deposuit sed semp vtraqꝫ fuit sibi vnita in morte tamẽ licet ptes manerẽt vnite verbo nõ tamẽ inter se. et fm hoc potest dici deposuisse quod assumpsit. quia assumpsit totã naturã vnitã et integrataz ex partibus. et in morte talis natura nõ sic fuit vnita et integrata ex ptibus sicut erat quando fuit assumpta.

Ad primum princi

pale dico q maior est vera si natura nõ phiberet a fortiori agente. sed deus voluit inchoare motũ illũ per separatõem anie. quia cõsonabat effectui redemptionis: nõ aũt voluit illũ terminari per putrefactionez corpis. qr talis putrefactio nullo mõ nobis fuisset pficua. qr ñ meritoria. ¶ Per idẽ ad 2m. qr assũpsit passiones nature viuẽtis. qr illis nobis meruit. sed nõ nature mortue cuiusmõi est putrefactio. nõ quin posset putrefieri si nõ phiberet per nouũ miraculũ. sꝫ hoc phibet ppter cõmodũ nostrũ. qr putrefactio nihil nobis valuisset: nec fuit decens: imo fuisset causa erroris et incredulitatis resurrectõis eius. ¶ Ad illõ psal. in oppositũ. Nõ dabis sanctũ tuũ in. c. verũ est de facto. qr sicut voluntate eterna voluit corp9 illud vniri vbo qd fuit miraculũ. ita etiã voluit q illud corpus inanimatũ nõ putrefieret. etiã si resurrectio fuisset plongata. et etiã ne in illo triduo icboaret. bene eni fuisset ibi aliqua inchoatio resolutõnis nõ obstantibus illis vnguentis nisi fuissꝫ nouũ miraculũ Ad damas. eodẽ mõ dicendũ est.

Hic prio que

ritur. Utrũ in illo triduo. circa istam. 22. di. in q mgr agit de statu xpi i morte q̃tum ad tempus seques horã mortis qritur vnũ. Utrũ. s. xps fuerit hõ in triduo q sic. Christus in triduo fuit xps. igitur xps fuit tũc homo. añs patꝫ. qr idem pdicat de se. pña patet. qr ex opposito cõseqntis sequit oppositũ añcedẽtis. Silr

aliter ꝓbatur ab inferiori ad superius. añs est inferius ad ꝯñs. ¶ Preterea xp̄s i triduo habuit humanitatē. igit̄ fuit hō. ꝯña patet. añs ꝓbatur. qꝛ habuit aīam ⁊ formā hoīs. sed forma dicit totā q̄ddditatē rei f̄m ph̄m. 7. metha. ⁊ Cōmen. expresse. silr̄ xp̄us habuit totā entitatē humanitatis. igit̄ humanitatē. hec ꝯña patet. añs ꝓbatur. qꝛ xp̄us habuit cor⁹pus ⁊ aīam ⁊ illa sūt tota entitas hūanitatis. nam in morte nō corrumpit̄ aliq̄ entitas. cū mors sit tm̄ separatio ⁊ dissolutio vnitoꝝ. nō aūt corruptio alicuius absoluti. hoc dicit Diony. 5. c. ecclesiastice ierarchie. ⁊ Damas. c. 73. ¶ Preterea ⁊ hoc p̄t ponderari. oē suppositū subsistens in natura creata p̄t ab illa natura denomiari. sed verbū in triduo subsistebat in natura creata. habuit eni naturā creatā sibi vnitā. s. corp⁹ ⁊ aīam sed nō p̄t dici anima. nec aiatū. nec corpus nec corporeū. igit̄ videt̄ q̄ potest dici homo. cū nō possit haberi alia denominatio a natura in q̄ subsistebat. ¶ Cōtra. xp̄us in triduo nō habuit aīam vnitam corpori vt formā perficientē ꝓpriū ꝑfectibile. ¶ Compositū enim cuiusmodi est homo non est nisi forma vniat materie vt perfectio perfectibili. quare in triduo non fuit homo.

Hic p̄mo vidēdū est de realitate. q. in se vt est theologica. 2° vt est aliquātulū logica. theologi eni nō querūt. q. d. vi sermonis. vtrū hec sit vera. xp̄us fuit homo in triduo. sic queritur an sor. sit hō nullo hoīe existēte ex vi sermonis. s. an supius p̄dicetur de suo inferiori nullo inferiori existente. qꝛ posset stare q̄ supius p̄dicaret̄ de inferiori suo siue illud esset siue nō. ⁊ tamē dubitari de isto an. s. xp̄s fuerit homo i triduo. sicut dicā infra. loquūtur igit̄ theologi de realitate rei. ⁊ f̄m hoc fuit opi. Hug. li. p̄°. par. 2ª. q̄ xp̄us fuit homo in triduo. qꝛ habuit aīam sibi vnitā. ideo posuit xp̄m fuisse hoīnē in triduo. nā f̄m ip̄m homo dicit tantū aīam vtentē corpore. sed q̄ vtat̄ hoc accidit ad h° q̄ sit homo. qꝛ igit̄ xp̄us in triduo habuit aīam sibi vnitā. iō posuit xp̄m hoīem in triduo. Magister sniaꝝ aliter mot⁹ fuit ponēdo xp̄m esse hoīnē in triduo voluit eni q̄ ad hoc q̄ aliq̄d esset homo oportet q̄ illud habeat corpus ⁊ animā quod ⁊ vtrūq₃ requirit̄ ad esse hoīs. sed posuit q̄ n̄ requirit̄ necessario ad h° q̄ habens corpus ⁊ animā sit homo q̄ corpus ⁊ aīa vniant̄ mutuo. sed sufficit vnio illoꝝ in supposito habēte illa vnita sibi. ideo dixit xp̄m eē hoīnē in triduo. ¶ Aliqui sunt q̄ in cōclusione incidunt cum Hug. tamē generalius loquūtur volentes q̄ nihil sit per se de ratione q̄dditatis rei nisi forma. ⁊ tunc habens formā habēt quidditatē rei. vt qui haberet animā intellectiuā habēt humanitatē. ⁊ cum xp̄s habuit eam sibi vnitā in triduo fuit homo. ꝓbatio assumpti s. q̄ nihil pertineat ad q̄dditatē rei nisi tantū forma ⁊ n̄ materia. quia f₃ ph̄m 7. metha. c. 5. Materia est qua res pōt esse ⁊ nō esse. ideo f̄m q̄ vult ibi i oīb⁹ generatis siue a natura siue a casu q̄libet taliū est possibile nō esse rōne materie. igit̄ si materia esset pars quidditatis q̄dditas posset generari ⁊ corrūpi. quod est cōtra ph̄m in eodē. 7. c. de p. dif. vbi vult q̄ quecūq₃ concipiunt sine materia vt rōnes speciei: solū hec nō corrumpūtur. ¶ Preterea ꝓbatur idē ex p̄te cognoscibilitatis rei. qꝛ qd̄ quid est: est p se p̄ncipiū cognoscēdi illud cui⁹ ē. igit̄ qd̄ f̄m se est ignotū nō includit̄ in ratōne ip̄ius qd̄ quid est. h° est materia. f̄m ph̄m i. 7. c. de p. dif. ¶ Preterea. in per se habētib⁹ q̄dditatē. q̄dditas est idem cū eo cui⁹ est qd̄ expsse dicit ph̄s in. 7°. c. 4°. qd̄ igit̄ ꝓhibet q̄dditatē esse idē cum eo cuius ē nō est de per se rōne q̄dditatis. h⁹ ē mā f̄m ip̄m ibidē. c. 4. in q̄buscūq₃ cōceptis cum mā nō est idem qd̄ quid est cū

opinio magistri

Albertus magnus

¶ opinio hugonis de sacramentis libro primo parte prima capitulo penultimo

eo cui⁹ est. ¶ Preterea ad hoc sũt auctes nam in. 7. c. de p. dif. dicit q aia est sba animati. 7 species. 7 qd qd erat esse. igit qdditas aialis est tm aia. ¶ Preterea. ibidem. c. 2. materiã 7 compositũ ex mã et forma dimittendũ est. q2 h⁹ sba posterior est qdditate rei apte excludens per h° materiã a quidditate rei. 7 post h° i epilogo ↄcludit q ptes 7 mã nõ inerũt diffinitioni vel qdditati sbe. ¶ Ubi ulteri⁹ dicunt aiam dicere totã qdditatez homis 7 ideo si ania in resurrectõne vniret alteri materie q̃ p̄us adhuc esset idẽ homo numero ꝑpter vnitatem anime q̃ dicit totam quidditatem hominis.

Contra ista primo

q ↄclo in qua isti cõueniũt cũ Hug. s. q xps fuerit homo in triduo. q2. s. habuit humanitatẽ. i. animã que dicit totã qdditatem sit falsa. ꝓbo. naz q nihil dicat homo ab ania patet per Aug^m. i3. de ci. c. vlti. hoc inquit verũ est q nõ tot⁹ hõ sed pars melior anima est. nec totus hõ corpus. sed inferior pars homis. hec cõtra Hug. Et sequit cõtra magistrũ sententiaꝝ. sed tamẽ vtrũq3 coniunctũ solum habet hominis nomẽ. hec Aug⁹. Nota etiã in ista aucte q corpus est pars hoīs cõtra alios dicentes animã esse totã qdditatẽ hominis. qd nõ est verũ. quia qdditas dicit totũ quod dicit homo. 7 hõ includit corpus. vt patet. igit et quidditas eius. ¶ Preterea. Damas. c. 46. plures ypostases hominũ sũt. omnes autez eandẽ recipiunt rõnem nature. omẽs eni ex anima compositi sũt 7 corpore. ¶ Nõ q vult q omnes ypostases hominum pcipiant eandẽ rõnem nature. hoc. s. q quelib3 ypostasis componitur ex corpe 7 anima. igit sic componi ↄuenit nature quã participãt⁹ 7 hoc cõtra Hug. 7 alios qui dicunt q alterũ tantũ est homo. cõtra magistrũ est. quia ista composita faciunt hominẽ. ¶ Preterea. Damas. c. 58 cõtra hereticos dicentes xpm habuisse corpus de celo assumptũ 7 tamẽ per virginẽ transiens. arguit q habuit veram carnẽ de virgine substantialiter sumptã aliter nõ esset homo vniuoce nobiscu3. sed hoc argumentũ nihil valet si caro ñ est de ratõne hominis. q2 habendo animã eiusdẽ rõnis esset homo eiusdem rõnis si corpus vel caro ess3 extra rationẽ homis. ¶ Sed vltra cõtra conclusionẽ in generaliori sensu quo dicunt q materia est extra rõnem quidditatis sbe. s. ignis vel hominis. arguo sic. Essentia substãtie ignis est sufficiens rõ intrinseca igni essendi substantiã circũscripta quacũq3 alia re ab essentia. non dico modo alia realitate. quia bene facio differentiã inter rem 7 realitatem. igit si essentia ignis dicit solam formã circũscripta omi alia re a forma. forma erit sufficiens rõ igni ipsi essendi ignem 7 substantiã. igit ignis esset vere ignis si sola forã ignis esset. et hoc dicerem si tenerem op. 7 hoc est destruere omnẽ materiã. Maior patet de se. q2 sicut albedo est sufficiẽs rõ essendi albũ. ita humanitas essendi hoiez. et igneitas ignem. ¶ Preterea. cuius essentia est ẜm se incausata: ipm est ẜm se incausatũ. q2 q aliqd causet p se 7 nõ ei⁹ essentia que est idẽ sibi p realẽ idemptitatem oino nihil est dictũ. p3 igit maior eodez addito vtrobiq3. illud cuius essentia est incausata a causis intrinsecis. est incausatũ a causis itrinsecis. sed si qdditas vł essentia reꝝ mãliũ nõ includit mãz: ess3 incãta a causis intrinsecis. q2 nõ h3 mãz cãm sui 7 per ↄñs est incãta mãliter. sed frustra poneret mã in sba mãli nisi esset cã sui. g̃ sequit q si verũ est qd cõcessu3 ẽ q mã nihil est. ¶ Preterea. ens cõpletũ i genẽ nulli alteri vnit vt faciat p se vnu3 cũ eo. s3 tm faciet cũ alio vnũ p accñs vł aggregatõe. 7 rõ hui⁹ est. q2 illa q̃ faciũt p se vnũ nõ sũt entia completa per se in genere. sed tantũ pncipia rei complete in genere. Si igitur forma ignis ẽ qdditas cõpleta in genere vt tu dicis. q2 non põt

contrahi vt sit pfectioꝛ p materiā vl' aliquid tale. tūc forma ignis nulli alii poterit vniri vt faciat cū eo p se vnū ens i genere p se. igit h ignis nō erit ens p se. l' si sic nō h3 materiā sed solā formā qd ē eque incōueniēs. ⁊ si h3 materiā ē ens p accn̄s. vl' ɔgregatōe sic aceruꝰ. Preterea qd nō includit aliquā q̄dditatē i genere nec aliq̄ q̄dditas i genere icludit ipm. illud nō ē in genere nec p se nec p accn̄s. n̄ p se patet. qꝛ sola illa sunt i genere p se q̄ includūt q̄dditatē: vt idiuidua. vl' q̄ sūt ipa quidditas: vt hō vl' humanitas. nec p accn̄s vel p reductionē. qꝛ qd ē sic i genere icluditur i aliquo qd ē p se in genere. Si igit mā n̄ includit i q̄dditate hominis nec icludit hꝰ ē certū. nulloꝰ igit ē in genere. s3 qd nulloꝰ est i genere nihil ē nisi deꝰ. Preterea rōi māe ſm se nō repugnat eē cōis diuersis materijs i diuersis indiuiduis. sic nec repugnat rōni forme eē cōis diuersis formis i diuers idiuiduis. igit ab hac mā ignis ⁊ ab illa pōt abstrahi cōis rō māe. sicut ex hac forma ⁊ illa cōis ratio forme. s3 ex forma ⁊ materia sic abstracta fit ɔpositū p se abstractū i genere. quia fit ex eis p se vnū. quia hec potētia ⁊ illa actus i cōi sicut h mā ⁊ hec forma. qꝛ hec potētia ⁊ h actus in speciali faciūt vnū hoc signatū. illd g cōpositū sicut ē p se vnū ita h3 quidditatē p se vnā. ⁊ sicut sua entitas vl' vnitas includit p se mā3 ⁊ formā sic ⁊ sua quidditas. Et hoc pbat p phm. 5ꝰ. meth. c. de cā. ⁊ 2ꝰ phi. cāe ⁊ effectus ɔportionātur i genere: genere. i numero: nūero. ⁊ hꝰ expressius dicit phs ⁊ pmē. i2. igitur sic illud ē vnū ɔpositum i genere: sic hēbit cās ɔponētes in genere. s. mā3 ⁊ formā in cōi. ⁊ illa duo sic includūtur i q̄dditate eius. sic ⁊ in vnitate. Preterea 7ꝰ metha. vult phs. q sicut ex hac mā ɔtracta cū hac forma fit hꝰ indiuiduū vltie. ita ex mā cōi ⁊ forma cōi resultat q̄dditas cōis. cuꝰ pbatio ē. quia facē p se vnu3 i singulari ɔuenit huic māe ⁊ huic forme ⁊ illi māe ⁊ illi forme. igit hoc ɔueit eis p aliquid cōe cui pꝰ ɔuenit facere per se vnū cū alio. ⁊ hec ē mā in cōi ⁊ forma i cōi. Nā ratio q̄re hec forma facit per se vnū cū hac mā est: quia ē actꝰ ⁊ illa potētia. ⁊ hec ratio. s. eē potētia ⁊ eē actus ɔuenit pluribus. igit p aliq̄d cōe eis qd nō ē nisi p mā3 ⁊ formā q̄ pmo faciunt vnū. sed oē per se vnū hab3 p se quod quid est igitur.

Rationes quas faciūt sūt ad oppositū. cum dicit q mā est p qd res pōt esse ⁊ nō eē. igit nō includit in diffinitōe vl' q̄dditate. Arguo q ex h eodem debet includi. qꝛ scia naturalis q̄ ē vera scia nō est nisi de quidditatibus rex ſm phm. 7ꝰ meth. in fi. s3 de q̄dditate corpis physici pōt aliqua passio demōstrari. passio aūt corporis mixti cōpositis ex elimentis ē corruptibilitas. igitur pōt ōndi corpus eē corruptibile. nō solū q hꝰ corpus ē corruptibile. quia dēmōstratio est vliū sic scia: ex 7ꝰ meth ⁊ pꝰ poster. igit hoc erit p mediū cōe ⁊ vle. hoc aūt nō est dare nisi mā3 tāquā mediū pmū ⁊ imediatū. igitur materia includit in q̄dditate corpis. alit hec ɔclo corpus ē corruptibile non plus sciret de aliquo ɔposito vel q̄dditate ɔposita q de angelo qd falsum ē. vn̄ de corruptibilibus pōt esse vera demōstratio in vli idest q demōstratiue ōnderetur talia eē corruptibilia. nec est mediū ad hoc nisi quia habēt materiā. cum igitur scientia naturalis sit vera scia ⁊ vliū. sequit q corpus mixtū i sua vniuersali siue generali rōe ⁊ quidditate includit materia3. licet. n. nunq̄ corrūpatur actu nisi in hꝰ corpe. tn̄ de hoc corpe nō demōstratur passio pꝰ. sed d corpe. Preterea 2m argumentū cū arguitur q quid ē pncipiū cognoscendi illud cuius ē. ex hoc ɔcludit mā3 includi in quidditate: quia res nō pōt cognosci nisi ɔgnitis causis. ſm ph3 2ꝰ metha. dicit. n. q si cause essent ifinite

nihil ptingeret cognoscere ꝛ exeplificat tam in causis materialibus ꝙ in aliis ꝛ ratio sua est. quia tuc cognoscimus rem cu causa eius cognoscimus. infinite aut cause si eent no possent pertransiri. igit nihil posset cognosci. si ergo nihil est necessariu ad cognitione rei nisi quod quid est. ꝛ ma est necria fm phm. sequitur ꝙ materia includit in quod quid est. quia si ma no includitur in qd quid est quod est pricipiu cognoscendi tuc perfecte res posset cognosci: quis cause materiales eent infinite. homo eni perfecte cognosceretur no obstante infinitate causaruz materialiu. Ad 3m cu arguitur ꝙ i habetibus per se quod quid est idem e qd quid est cu eo cuius est illud ergo quod probibet ꝛc. sed materia probibet quod quid est ee idem cum eo cuius est. mior est falsa loquedo de materia qcuqz mo sicut infra patebit magis. Nam sicut qd quid est i imaterialibus est idez cum eo cuius est pmo sic in materialibus quod quid est est idem cu eo cuius e pmo. vt quod quid est hois cu homine: ꝛ est ide cum hoc homie per se sed no pmo: sic h homo habet pse diffinitione sz no pmo vnde eo modo quo res habet diffinitionem. ꝛ quod quid est sic est ide sibi vl'n idem. Q. aut quod qd est positi materialis vt homis includit mam. pbatur per phm. 7° metha. c. de p. o. vbi dic: ꝙ diffinitio est ratio ꝛ omis ro hz partes sic aut se habet tota ratio ad exprimedaz totam rem que diffinit. sic opoꝛtet ptez diffinitionis exprimere parte rei. exquo diffinitio exprimit totam sbam diffiniti, cu igitur materia sit pars rei: nisi diffinitio includeret materia: no habet vn exprimeret totam rem. nec ꝙ pars eius exprimeret parte. Pro ista etiam parte sut auctoritates expresse. phus. n. 8°. metha. c. 3°. ꝛ pmo de aia recitat opinionem quorundam diffinientium res materiales. aliquoꝝ per materia tm. aliqꝝ per actum tm. aliquoꝝ per vtruqz ꝛ isti vltimi fm ipsum pfecte diffiniut: vnde pmendat architam qui tam materiam ꝙ forma complexus est in diffinitoe. Preterea 8° metha. c. 3. vult ꝙ terminum. i. diffinitione opoꝛtet esse ratione longa: ꝛ hoc quide ad materia illud vo vt forma ee in diffinitione. Preterea in 7°. c. de p. o. pcludit conclusione probataz ꝙ materia est pars speciei. speciem aut dico quod quid erat esse.

Quantum ergo ad istum articulum. q. an scz materia sit ps quidditatis rei sue sbe materialis. dico ꝙ sic. quia in genere cause efficientis aliqua causata diuersimode se habent ad causalitatem effectiuaz extrinsecam. qz aliqua habent tm vnam causa imediatam effectiuam. vt aie rationales ꝛ angeli scz ipsum deum creantem. aliqua habent causas effectiuas subordinatas prime cause ꝛ etiaz habent ordinem in genere suo sed mediatius ꝛ imediatius. Similiter etiam ꝛ in genere cause final. quia aliqua habent multas causas finales sbordinatas vni fini vltimo: aliqua pauciores. eode modo de causis intrinsecis. quia aliqua entia habent causalitatem intrinseca per causas inexistetes. materia scz ꝛ forma: vt etia materialia posita ꝛ aliqua entia simplice entitate no causata causalitate intriseca ex diuersis causis materiali ꝛ formali realit distinctis. vt angeli fm pmuniorem doctrinam. sicut igit homo includit materiaz ꝛ forma tanꝙ causas extrinsecas sui: sic qdditas hois includit maz ꝛ forma.

no ꝙ res materiales includunt materiam et formam in sua quidditate.

Ad primum argumentu alteri' opi. lz sit ad oppositu. R° tn ad forma cu dicitur ꝙ ma est qua res pot ee ꝛ no esse. dico ꝙ phs in. 7. c. de p. o. loquit vario mo de istis trib'. spes sit totu. ꝛ ma. ꝛ equocatio noim multoties decipit. ideo pmo videndu est d equocatione istoꝝ ꝛ p' p h° ad forma argume

ti. speciem aliquando accipit ꝓ forma q̄
est altera pars rei composite. aliquādo
accipit speciem pro vniuersali abstracto
cuius sc3 vniuersalis abstracti ꝑmo est
ipsum quod quid est. sicut. c. de ꝑ. d. q̄si
in ꝑncipio mota. q. de ꝑtibus diffinitōis
dicit ex quibus ē speciei ratio. ⁊ accipit
sibi speciē ꝓ vniuersali abstracto vt con
cauitatis sicut infra. c. 9. vniuersal' ⁊ spe
ciei ē diffinitio ¶Similit̄ simul totū ali
q̄n accipit̄ ꝓ ꝯposito vltiate contracto.
Aliq̄n ꝓ cōposito in vniuersali. stricte
aūt accipit̄ simul totū nō ꝓ īdiuiduo sb
stantie ꝯposite. quia illō nihil in sua rō
ne ꝯtinet q̄re sibi repugn3 recipe predica
tionem nature siue quod q̄d ē. imo qō
quid ē hoīs ꝑdicat̄ de hoc hoīe. licet nō
ꝑmo. sicut. n. sba composita abstrahit
a tp̄e ⁊ ab esse exn̄tie ita hic homo. ⁊ to
ta coordinatio illius generis. ⁊ ita indi-
uiduū homīs vt hic hō abstrahit a tp̄e
sicut homo. sed stricte ꝑ simul totū itel-
ligit hūc hominē vel lapidem exn̄tem ⁊
talia generant̄ ⁊ corrūpunt̄. ⁊ ō talibꝰ n̄
ē ꝓprie diffinitō nec scia. q2 talia abstra
cta a sensibus nescitur an sint vel nō sed
illorum in ab absentia ē tm̄ opi ¶Et si
arguatur ꝙ hic homo exn̄s ē tātu3 ens
ꝑ accn̄s. g̊ solum ens ꝑ accn̄s generatur
⁊ nō ens ꝑ se. dico ꝙ actio generantl ter
minatur ad esse. ⁊ quāq̄ esse existentie
huiꝰ homīs nō sit res alterius generis.
⁊ ꝓ tanto cum eo cuius ē nō faciat ens
vere ꝑ accidens. tn̄ hic hō abstrahit ab
eē exn̄tie. ⁊ ideo nō ē de intellectu eius.
ꝓpter quod logici faciūt vnū ꝯceptum
ꝑ accn̄s. tn̄ realiter loquendo hic homo
exn̄s corrumpit̄ ⁊ generatur ⁊ hoc vult
phs ibidem. ita ꝙ q̄uis hic hō possit di
ci generari. tn̄ nō nisi necessario ꝯcomi-
tante eē existētie tanq̄ termīo generatio
nis. ¶Similit̄ māam aliq̄n accipit ibi: vt
nō ꝯtractā per aliquid adueniēs sibi. s3
solam vt ē ꝑncipiū potētiale eius cuꝰ ē
⁊ sic accipiēdo māam mā ē pars quiddi-
tatis in ꝯpositis mālibus. aliq̄n accipit

Simul totum accipitur dupliciter [handwritten marginal note, uncertain reading]

mā3 contractā ꝑ indiuisibilitatem. ⁊ sic
est de eē simul totius vt distinguit̄ ꝯ for
mā vt forma accipit̄ ꝓ vniuersali abstra
cto ⁊ hoc ē accipe mā3 vt ē ꝑs indiuidui
sbe. nō aūt vt est pars ipius quod q̄d ē.
¶Aliq̄n accipit mā3 magis ꝯcte vt ꝯhi-
tur ꝑ accn̄s sicut mā syllabarꝫ diceretur
cera. s3 hoc accidit quia cera pōt eē sine
syllabis ⁊ syllabe sine ea. Sumit̄ etiam
alit̄ ꝑ accn̄s ⁊ tn̄ necīo. sic semicirculus
ē ꝑs mālis circuli q2 nō cadit in diffōne
circuli nec ē ꝑs essencialis sed integralis
tn̄ circulꝰ sꝑ h3 semicirculū. ⁊ est mā ꝓ-
pinquius se hn̄s circulo ꝙ es: cū in ere
fuit rotunditas illa. hec in illo. c. supra-
dicto ¶Per hec ad formā argumēti cū
dicitur ꝙ aliq̄d dicit̄ corruptibile ratōe
māe. Dico ꝙ corruptibile pōt dicere po
tentiā ꝓpinquā ad corruptionem vel re
motam. Illud est corruptibile potentia
remota qō h3 in se vn̄ possit dici corup
tibile. non tn̄ pōt exire in actum nisi pri
us fiat in potētia propiqua. sicut calefa-
ctiuum dicitur quod habet calorem. nō
tn̄ pōt calefacere nisi sit approximatum
passo. Illo mō dicit̄ ignis corruptibilis
⁊ ē ꝑdicatio 2° sicut color est visibilis.
sed tn̄ ignis non ē ī potentia ꝓpiqua ad
corruptionē nisi sit inesse exn̄tie sic nec
ignis generatur ꝓximo sed hic ignis ex-
istens. tunc dico ꝙ illud quod ē genera-
bile ⁊ corruptibile ꝓxio habet materiā
ꝯtractam ꝑ esse exn̄tie. sic. n. materia est
causa ꝓxima corruptionis. isto mō qō
quid ē nō est proximo corruptibile. ⁊ iō
nec habet in sua ratōe materiam: vt est
ꝓxima ratio corruptionis. vt sc3 ē sb ac
tuali exn̄tia nec plus concludit ratio.
¶Ad 2m cum dicitur ꝙ quod quid est: est
ꝑncipium cognoscendi. ⁊ materia ē sm
se ignota. ¶Dico ꝙ habens māam partē
sui nō cognoscitur nisi ꝯgnita mā nūq̄
eni homo haberet sciam de sbā compo
sita nisi cognosceret māam. aliter omnis
cognitio scientifica esset simpliciū ⁊ im-
materialiū sm ꝙ sciētia esset de rebꝰ ꝙ

Corruptibile dicitur dupliciter potentia [handwritten marginal note, uncertain reading]

uis tamē requirat ꝯgnitio materie ad h ꝙ cognoscatur ſᷣa rei mālis. aliter tam̄ est causa cognoscēdi materia ⁊ aliter fō ma. sicut. n. cause differūt in perfectōne ⁊ entitate ⁊ causalitate in causādo entitatem causati. ita ⁊ in causando cognoscibilitatem eius. sicut. n. forma ē magis ens ꝙ̄ materia: ita magis causat ⁊ entitatem ⁊ cognoscibilitatē. Similit̄ quia materia nō habet esse in effectu nisi per formā. ita forma facit cognoscere etiam materiā. vtraqꝫ tamē sūt vna causa integra cognoscēdi pfecte compositū. ¶ Est igit̄ materia ignota quia non est pfecta rō ꝯgnoscendi illud cuius ē nec potissima. Et hoc ꝯcludit ratio ⁊ nō plus. Et cum dicis ꝙ materia est ignota hoc pro tanto dicit: quia forma ē aliquo modo ratio cognoscēdi materiā. Uel alit̄ ꝙ loquit̄ de cognitōe scientifica ⁊ ō materia ꝯtracta per esse exn̄tie. ⁊ ita mā est ignota sciētifice. ⁊ est causa cōtingētie ⁊ ideo nō facit ꝯgnitōem scientificā coꝝ quoꝝ est materia. sed causat ꝯtingentiā in eis ⁊ nō possūt sciri. sed illorum ē tm̄ opi. quia cum sint extra sensū nō habetur ō eis nisi opi. ⁊ per hoc nō excluditur materia a quidditate rei. quia de illis mutabilibus ⁊ corruptibilibus pōt haberi scientia in vniuersali sciēdo talia eē mutabilia. ¶ Ad 3m cum dicitur. ꝙ in cōceptis cum materia nō ē idē qð quid est ⁊c. Dico ꝙ aliquid hꝫ quidditatē per se. ⁊ pmo. aliquid p se sed nō pº alịqd p accn̄s generaliter in his que habēt quidditatē p se ⁊ pmo quod quid ē: est p se pmo idē cum eo cuius est. habēti quidditatē p se nō pmo idem ē quod qd est p se non primo. habēti quidditatem p accn̄s. solū per accn̄s est idem quidditas. Nunc ad ꝓpositū dico ꝙ homo habet q̈dditateꝫ p se ⁊ pº. ⁊ sic est sibi idem q̈dditas. hic homo habet q̈dditatem p se nō pmo ⁊ sic q̈dditas est idem sibi. hic hō existēs habet q̈dditatem per accn̄s. ⁊ ita q̈dditas est idem sibi. sed hic homo albꝰ hꝫ quidditatem magis p accn̄s. ⁊ ideo q̈dditas magis per accidēs est idem sibi. Nūc ad formam argumēti dico ꝙ i cōceptis cum materia ꝯtracta per existere: q̈dditas non est idem p se cum eo cuius est sed per accn̄s sic. ita ad phm. sed i sᷣstantijs compositis conceptis cum materia vniuersali abstracta est idem quod quid est cum eo cuius est ſm ꝙ expresse dicit phus 7º metha. c. 4º. Singulum enim aliud videtur eē a suimet substantia ⁊ quod quid erat esse. singulum dicitur sᷣstantia. sicut igitur aliquid hꝫ qð quid est sic est idem sibi. ¶ Ad alias auctoritates cum dicitur ꝙ anima est sᷣstā tia animalium ⁊ ꝙ quid erat esse: dico ꝙ accipit substantiaꝫ ⁊ quod quid erat esse. ꝓ notiori parte diffinitionis nō autem pro tota diffinitione. quod ꝓbo p eundem glosantem se infra. ⁊ eodeꝫ caº. siquidem altera ⁊ nō est anima animal. ⁊ sic quidem hoc dicenduꝫ: hoc autem nō dicendum sicut dictum est. ¶ Sicut igitur vult ꝙ non est anima animal. sic nec est diffinitio animalis sed principal̄ pars ideo dicit: sic autem dicendum sic autem non. ita ꝙ vno modo est diffinitio alio modo non. ¶ Ad aliud dico ꝙ loquitur de materia cōtracta. vt supra distinctum est. Similit̄ alibi dicit aīa ē animali esse. sed loquit̄ ꝯ Platonē. auctoritates alie si adducant̄ pn̄t solui p dis̄ positas. ¶ Nō ad ꝓpositū ꝯ magr̄m dico ꝙ xp̄us in triduo non fuit homo: quia licet habuit partes nāe vnitas sibi nō tm̄ habuit naturā humanā sibi vnitam. Natura. n. humana non est partes nec partes vnite. quia pono ꝙ natura i. se dicit entitatem absolutam vltra ptes ⁊ ꝓbaui di. 2ª. vnde humanitas non dicit solum respectū vnionis partiū vltra partes. Non. n. illud quo homo formaliter est homo est relatio. est autē homo formalit̄ homo humanitate. Si. n. hō nihil esset nisi partes vnite sibi homo nō esset vnū nisi aggregatōne. sicut nec

quinarius est vnitates. 5. sed est illud totum quod resultat ex. 5. vnitatibus. alit si eēt ille vnitates eēt vnū sicut aceruus. ¶ Dico igitur ꝙ homo habet vnitatē q̄n dam ꝛ entitatem aliam ab istis ptibus: etiam vnitis. non tamē partialē entitatem que cum istis faciat compositum. tunc eni ꝓcederet in infinitū. ꝛ illud totum siue forma totius nō fuit vnita verbo in triduo. ideo tunc verbum nō fuit homo. ꝛ quāuis illud totum nō sit sine vnione partium tamē vnio illa vel relatio non est formalis ratio illius totius. hoc de realitate. q. in se.

Sed quid logice loquendo est ne vera? Dico ꝙ nō. nec illa Christus fuit homo in triduo. nec ista si aliquis illam ꝓtulisset. in triduo xp̄us est homo. nec propter hoc nego istam. Cesar est homo nullo homine existente quia in illa christus est homo. alterū extremū vt christus non habet vnū cōceptum ſm Damas. c. 59. Christus aūt ait nomē ypostaseos dicimus nō vnimode dictum. sed duarū naturaꝝ existens significatiuū. dicit igitur duos conceptus s. deū ꝛ hominē. ꝛ ex alia parte Cesar dicit vnū conceptū. Modo ad propositū dico ꝙ quādo subiectū respecu predicati non habet vnū conceptū sed duplicez includit: oportet rationē illius subiecti eē in se veram ꝛ non includere repugnātiam. alioquin si ad verificationē ꝓpositionis sufficeret predicatū eē de intellectu subiecti ꝛ non requireret ꝙ ratio subiecti includentis duos conceptus eēt in se vera. tunc eēt hec vera maius deo est. quia esse est de intellectu subiecti. sed qꝛ hoc subiectū maius deo includit in se repugnantiā. ideo non est verū de aliquo nec aliquid de ipso. igitur oportet ꝙ ratio subiecti non habentis conceptū vnū sit vera in se anteq̄ verificet̄ d̄ aliquo vl̄ aliquid de ipso. ꝛ si sit impossibilit̄ vera aliquid impossibiliter verificat̄ de eo. si cut rō huius subiecti maius deo est impossibiliter vera. ideo impossibilit̄ verificatur d̄ aliquo vel aliquid de ipo. ꝛ si possibiliter possibilit̄. ꝛ si actu actu. cuz igit̄ hoc nomē xp̄s significet suppositū exn̄s in duabus naturis. ꝛ in triduo nō existebat in natura humana tota: q̄uis ptes nature eēnt sibi vnite. ideo hec propositio: Christus fuit hō in triduo: est falsa. qꝛ rō subiecti ꝓ tunc erat in se falsa. ꝛ ideo nō p̄t hō verificari de eo ut h̄ sit vera. xp̄us est hō. qꝛ rō subiecti. s. xp̄i nō fuit in se vera. quia nō includebatur suū significatū. Ex[m]. hec est falsa. homo albus est homo. qꝛ sequit̄. g̃ hō est hō albus. ꝛ vltra igit̄ aliquis hō est albus. et ita a primo ad vltimū: nullo hoīe exn̄te hec est vera. aliquis hō est albus. ¶ Et si dicat̄ ꝙ hec est per se vera. xp̄s est hō: sic supra dictū fuit. ꝛ si per se vera. igit̄ necessaria. ¶ R̃. sicut supra dictū fuit si ad perseitatē ꝓpositiōis sufficit ꝙ subiectū includit in suo intellectu causā inherentie predicati ad subiectū: ꝛ non requirat ꝙ subiectū dicat conceptū vnū. posset cōcedi ꝙ hec. xp̄s est homo: semper fuit vera. ¶ Sed magis credo ꝙ requirit̄ hoc ꝛ plus. s. ꝙ subiectū habeat conceptum vnū. vel si nō: sed includat cōceptus plures oportet ꝙ ratio eius sit in se vera antequā aliquid verificet̄ de eo.

Ad primuz cum dicitur. Christus est xp̄s. g̃ xp̄us est homo nego ɔn̄am. sicut nec sequit̄. homo albꝰ est homo albus. igitur homo albus est homo. quia sequitur ꝙ aliquis homo eēt albus nullo homine existente. similit̄ sequit̄ sicut supra dictum est de homine albo si christus ē homo in triduo ꝙ hō est christus per conuersionē. ꝛ ita nullo homine existēte homo eēt christus. ¶ Aliter ꝙ hec est falsa. Christus est christus ī triduo. quia christus includit duos conceptus ꝛ significat alterius conceptus n̄ fuit in triduo. s. homo. ideo hec fuit in

se falsa christus ē christus. ꝛ ideo nō sequitur ꝯsequens. ¶ Aliter ꝯcesso antecedente ꝯsequētia nō valet. nec ex opposito ꝯsequētis sequiť oppositum añcedentis nisi ratōe alterius partis. nam consequēs fuit christus est homo. ex opposito christus nō ē homo nō sequiť oppositum añcedētis scꝫ christus nō ē xp̄us: nisi ratōe alterius partis scꝫ homīs.

¶ Ad 2m cum dicit ꝙ aīa dicit totā quidditatem homīs. ꝛ habēs quidditatē est homo. Dico ꝙ illud ē falsum sicut patꝫ in. q. nec etiam ambe partes dicūt quidditatem. sed quidditas est entitas absoluta alia a partib⁹ vnitis. Et si sic patet ad aliam probatōnem añcedētis. quando dicitur entitas homīs non est aliqd absolutum aliud a partibus vnitis. alioqui aliquid absolutū corrūperetur in christo in morte. Dico. n. ꝙ verꝫ ē. quia tota entitas corrumpiť. nō tamē corrūpitur aliqua forma partialis que cū aīa ꝛ corpore faciat vnum. sed ipsūꝫ totum corrūpitur ꝛ corruptio terminať ad nō esse totius ꝛ tamē partes manebāt.

¶ Ad 3m cum arguiť: verbum habuit corpus ꝛ animā igiť potuit denomiari. Dico ꝙ quāuis hoc verꝫ sit tamē nō placuit doctoribus vt denominať ab illis sic vadit argumentum ꝛ forte nō sine ratōne: quia ꝙ nō denominatur ab aīa vel a carne in triduo. ratio est. quia partes que nate sūt esse partes alicuius totius non subsistunt naturaliť nisi in suo toto cuius sūt partes. huiusmodi partes sūt corpus ꝛ anima. ꝛ tunc corpus vel caro pōt ꝯsiderari in maxima abstractione. ſm ꝙ natura abstrahiť a supposito: ꝛ diciť carneitas vel corporeitas ꝛ sic non denominat suppositū proprium nec alienum. quia est abstractum maxime ab omni concretione. ¶ Aliter pōt abstrahi sicut vniuersale abstrahitur a proprio supposito: vt caro ab hac carne nidiuidua. ꝛ sic pōt caro predicari de hac carne. ꝛ hoc modo caro min⁹ abstrahitur: ꝛ pōt concernere ꝓpriū indiuiduū carnis. ¶ 3° modo accipiť caro magis ꝯcretiue vt ꝯcernit suppositum cuius ē pars scꝫ suppositum hominis ꝛ vt sic accipiť nata ē aliquid denominare scꝫ suppositum proprium vt dicať carneū vel carnosum. ꝛ ita pōt totū denominari a parte: ꝛ quia illo modo nō fuit in triduo ipsa caro in verbo vt actu pars illius cui⁹ nata fuit esse pars scꝫ nāe humane. ideo xp̄s ratōne illius nō pōt dici corpus vel corporeus. caro vel carneus. nō caro: qꝛ sic non denominat nisi indiuiduū cui⁹ caro ē vniuersale abstractū. nō carneus quia sic non denominat nisi ꝯcurrente toto cuius caro nata ē esse pars scꝫ natura humana. xp̄s igiť in triduo nō potuit dici caro. quia non indiuiduū carnis nec carnalis. quia ſm vsū loquentiū h⁹ sonat in vitiū: nec carnosos. quia hoc sonat in superfluū. Si aūt denominatiuū esset impositū sine defectu sonās vt corporeū vel aliquid tale nō posset denoīari xp̄s ab eo tūc. quia deficit sibi totum ꝯpositū humanū cuius caro est pars ꝛ nō denominat sic: nisi sit in toto sic ꝛ totum suū propriū non est suppositū alienum. Exemplū de albedine. pōt. n. considerari albedo in maxima abstractōne ꝛ pōt dici albedineitas: ꝛ sic nihil denominat. Alio modo ꝓut abstrahit ab indiuiduo ꝛ tūc aliquo modo ꝯcernit. ꝛ diciť albedo. ¶ 3° vt concernit alienum suppositū. ꝛ sic nō denominat illud nisi cū albedie concurrat ꝓprium subiectū. ꝛ similiter de q̄titate. Unde si christus assumpsisset q̄titatē nō diceret quantus in triduo. quia nihil denominat q̄tum nisi concurrente in illo ꝓprio sbiecto q̄titatis scꝫ sb̄a materiali. non igiť diceret xp̄s in triduo corpus. quia nō fuit indiuiduū corporis nec corpore⁹. quia ñ habuit totā nām sibi vnitā cui⁹ corpus natū erat esse pars. ꝛ sic denomiare totū ꝛ hn̄s nāꝫ totā ꝛ totū denominat a parte ¶ Sed nunquid pōt denominari ab illis

